8. h 3. D. 2

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA 8 CENTRALE V. E. II
43 D
2
ROMA

M. 147.

Digitized by Google

8-43-D-2

Digitized by Google

A

# REGI SÆCVLORVM,

IMMORTALI, INVISIBILI, SOLI DEO;

HONOR ET GLORIA, IN SÆCVLA SÆCVLORVM.

*I. Timoth. I.*

Ω

*Blanchin fe.*

1643

Digitized by Google

8.43.D.2.

1

# DELINEATIO OBSERVANTIÆ CARMELITARVM RHEDONENSIS, IN PROVINCIA TVRONENSI.

*JN QVA CARMELITICÆ HISTORIÆ compendium, Turonenſis Prouinciæ ſtatus, Conuentuum fundationes, & inſtaurationes deſignantur.*

Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas; interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi: Majores tuos, & dicent tibi. *Deuter.* 32.

LVTETIÆ PARIS.
Ex Typographiâ IOANNIS GVILLEMOT, in Vico S. Symphoriani.

M. DC. XLV.
*Cum licentiâ, Approbatione, & Priuilegio.*

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO

ECCLESIAE PRINCIPI,

DOM. D.

# CARDINALI GINETTI,

Totius Ordinis Carmelitarum,

Protectori Vigilantiſsimo.

SISTIT *ſe modò*, (Eminentiſsime Cardinalis) *veſtris ſub oculis in publico Ordinis Coetu, noſtra hæc minima Turonenſis Prouincia; quæſitura videlicet clariſſimi nominis tui elogium, virtutis titulum, autoritatis patrocinium.*

Digitized by Google

*cinium. Sicut enim Eccleſia Dei ſimul & imperium, mutuis inter ſe vinculis firmiſſimè cohærent: ita quæ duæ res maximè ſacris, politicisque rebus adminiſtrandis faciunt idoneos; in te elucent ad miraculum ſapientia, & integritas. Vtrumque reuera & à Deo, cui ſoli militare: & à coelo, cui toti debemus inſudare.*

*Nimirum emendatæ olim eloquentiæ vetus effatum eſt, nullos vnquam magnos Viros, quos Heroas nominabant antiqui; abſque ſecretà quàdam, & arcanà vi Numinis extitiſſe. Hoc in te viderunt, qui in Eccleſiæ ſpeculà nihil non vident Summi Pontifices; dum te ſupra politiſſimos mores, necnon pietatis & eruditionis haud quotidianæ commendationem, multà quoque rerum experientià Clero & Regno pridem approbatum, illius conſilijs, iſtius gubernaculis ſecum feliciter admouerunt.*

*Quod ſi fortunatæ olim deputantur Respublicæ, tùm cùm Sapientes rebus gerundis aſciſcuntur; quid porro de virtutum quibus emines, paraturà non prædicandum? quando*

*ipſis*

Digitized by Google

*ipſis Eccleſiæ Rectoribus Primarijs tua aſſidet inter Purpuratos Patres pietas in Templis, prudentia in Concilijs, ſedulitas in Vrbe & Orbe regendis, ſolicitudo in pace procurandà, felicitas in vniuerſis.*

*Veremur equidem,* (Cardinalis Eminentiſſime) *vlteriùs onerare modeſtiam tuam ampliori laudum cumulo; quas contentæ generoſæ mentes plenariè mereri, chriſtianè reſpuunt.*

*Coeterum gratulamur & quidem animitùs, Carmelitarum Ordini, cuius felicem, paſsim inſtaurationem à protectione tuà nemo eſt qui non expectet. Tantæ ſiquidem ſpei pignora habemus certiſsima, res publicis hiſce Comitijs geſtas cum eà animorum concordià quæ Numinis Cultores decet: cum eo pietatis Zelo, quem à parente ſuo Elia hæreditarium cernit ſoboles Prophetarum; cum eà demùm doctrinæ & eruditionis teſtificatione, quæ noſtras lampades eſſe lucentes ſimul & ardentes palam demonſtrat. Gratulamur & huic noſtræ in Prouincia Turonenſi minimæ Reſſormationi, quæ dum tota in tuæ ſinu*

*Pur-*

*Purpuræ ſuauiſsimè apricatur; eam ſperat felicitatem quæ coepta iam à quadraginta annis & amplius, ex Dei benedictione, Eminentiſsimorum protectione, Generalium ſollicitudine, ad meliora deinceps chariſmata ſemper, & ſemper anhelat.*

*V. Emin.*

*In Vrbe Idib. Iun.*
*M. DC. XLV.*

HVMILLIMI, ET DEVOTISSIMI
CLIENTES PROVINCIÆ
TVRONIÆ.

Digitized by Google

# DELINEATIO RHEDONENSIS CARMELITARVM OBSERVANTIÆ, IN PROVINCIA TVRONENSI.

## CAPVT PRIMVM.

*Compendio proponuntur origo, nomenclatura, antiquitas, ſtatuſque triplex ſacri Ordinis Carmelitarum.*

CERTISSIMA pridem Autorum relatione conſtat Monaſtici, ſiue Religioſi Inſtituti Principes viros extitiſſe poſt Reccabitas & Eſſeos; Eliam, Eliſæum: ceteroſque Prophetarum filios, qui in veteri Teſtamento floruerunt. Quippe rationi, multóque magis Religioni videtur conſentaneum: partem Legis Euangelicæ non vltimam, illo quoque æuo *Religionis Monaſticæ primordia.*



Digitized by Google

(cui omnia in figuris contingebant) prima ſeueſrioris diſciplinæ rudimenta habuiſſe. Ita enim de Eliâ, & Eliſæo Carmelum montem non magis miraculorum gloriâ, quàm profeſſione virtutis Monaſticæ illuſtrantibus Regum narrat hiſtoria. Cujus profectò vtriuſque vitam, Monaſtici propoſiti primam velut ideam repræſentare nemo ſanus eſt qui neget. Vnus loco omnium magnus eſto Hieronjmus, à quo teſtimonium noſtræ vetuſtati proſapiæ luculenter patrocinatur in hæc verba. *Noſter Princeps Elias, noſter Princeps Eliſæus, noſtri Duces filij Prophetarum; qui in agris & ſolitudine habitantes, habitacula conſtruebant iuxta fluenta Iordanis.* Vnde etiam Summi Pontifices Sixtus IV. & alij infra; noſtros ſtatuunt *tanquam Religionis ſpeculum, & exemplar: Sanctorumque Prophetarum* Eliæ *&* Eliſæi, *& aliorum Patrum qui Montem ſanctum Carmeli juxta Eliæ fontem habitarunt, ſucceſſione hæreditariâ tenentes.*

1. Cor. 10.

L. 3. & 4. paſſim.

*Elias & Eliſæus Patriarchæ.*

Epiſtolis ad Paulin. & Ruſtic.

In Bullis.

Ab his porrò Carmelitarum Familiæ primordia, per continuam ſeculorum ſucceſſionem deducenda ſunt. Ita enim ſuadent cùm traditio per manus ad nos vſque hæreditaria, tum perennis & immemorabilis poſſeſſio. Fatetur & conſenſus aliorum omnium, quorum nemo originem directè accerſit ab Eliâ: teſtantur è noſtris, alieniſq; Autores non pauci, pietate & doctrinâ inſignes: definiunt, vt ajebam, in ſuis Diplomatis Summi Pontifices bene-multi, Sixtus IV. Ioannes XXII.

*Origo Carmelitarum.*

*Autoritas & ratio.*

Digitized by Google

Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. Clemens VIII. Paulus V. &c. Qui omnes diſertis verbis Eliæ & Eliſæi hæreditariam ſucceſſionem, Carmelitis authenticè confirmant. Immo-verò quod omni exceptione majus eſt, ritè decernunt; Sanctorum Eliæ, nec non Eliſæi dies feſtos primariâ ſolemnitate quotannis inter nos recoli. Ideóque eorum velut in Ordine Patriarcharum; memoriam præſcriptis jam olim in Breuiario officijs, in Miſſali ſacrificijs, in Eccleſiâ templis, aris, ac imaginibus publico cultu celebrari.

Totam igitur ſacri Ordinis HISTORIAM, cum diuerſis ſtatibus ac priuilegijs vt compendio diſcant, qui vocante Deo noſtræ Societati de nouo aſcribuntur; ſciant nos vt alios plures, videlicet Carthuſianos, Camaldulenſes, &c. à loco, ſeu primariâ Inſtituti ſede nomen deriuare: ſicque nos pridem à Carmelo, CARMELITAS vtiquè nuncupari. Is videlicet Mons eſt inter Phœnicis & Galilææ confinia, ad mare non procul Ptolemaide ſitus; quem Patrum noſtrorum ſanctitas ac miracula, fecere illuſtrem. QVO IN LOCO PRIMA VELVT ÆTAS CARMELITARVM, inter veteris Legis vmbras & cunabula feliciter nata recenſetur. Ex quo enim Eliæ veſtigijs diuino cultui conſecratus fuit mons ille, non defuerunt è populo Iſraëlitico viri multi; qui ſecretioris vitæ cupidi, ſeculi rebus nuntium remittentes, Carmelum

*Carmelita à Carmelo.*

*I. Ætas.*



Digitized by Google

ipſum & circumuicina ad Iordanem loca incoluerunt. Et hi ſunt in primâ illa ætate, vocati PROPHETARVM FILII; qui Eliæ & Eliſæi exempla ſecuti, prima in Lege veteri jecerunt
*Lib. 3. & 4.* fundaméta vitæ Monaſticæ. Annon exhibet augu-ſta Regum Hiſtoria, amborum ſacri veſtimenti in tunicâ, zoná, pallio à prophanâ multitudine diſcrimina? In victu jejunij, ſilentij, ſolitudinis, zeli, pœnitentiæ ſpecimina? In cellulis lectuli, menſæ, ſellæ, candelabri tenuem ſupellectilem? In omni demum vitâ paupertatis, obedientiæ, caſtitatis, ſodalitij; verbo abſoluam, totius aſceticæ expreſſiſſimam ideam?

Teſtes haud gemino, pondus non molem amare ſolitus. Ac licet labia noſtra à nobis eſſe, alie-
*Pſ. 11.* na faſtidientibus graue videri queat; non grauabor tamen, dummodo citra aliorum vel injuriam, vel inuidiam; noſtri Baptiſtæ Mantuani genuinam ὑποτύπωσιν, huc tranſcribere. Hic igitur & Montem, & Patres Eliam, Eliſæumque: & Carmelitarum ſobolem, deſcribit tertio Parthenices Libro.

*Mons Patrum pietate ſacer, latèque priorum*
*Inclytus hoſpitio vatum: nam dicitur illinc*
*Diſcipulo ambuſtam jaciens ex aëre veſtem*
*Helias, ardenti cœlum petijſſe volatu.*
*Illinc perpetuis, ceu miſſi è fontibus amnes*
*Relligio: & ſacri fluxit reuerentia cultus.*
*Quicquid habent alij montes pietatis, ab iſto*

Digitized by Google

*Ducitur. Hac vnâ plures è vite racemi*
*Diffuſi latè terras, atque æquora complent.*
*Hinc Cartuſiacis æterna ſilentia clauſtris:*
*Hinc varias Benedictus oues collegit, ab iſto*
*Canabe nodosâ tunicas arcere fluentes*
*Lignipedes didicere viri: quique arua colebant*
*Inuia, & aſſiduo terras ardore calentes:*
*Et quos Cyriacus de littore vexit ibero*
*Hinc orti: ſanctum & ſummo genus æthere dig-*
*Hinc noſtri venere Patres &c.* (*num,*

Succeſſit igitur in Lege nouâ, SECVNDA ÆTAS CARMELITANÆ RELIGIONIS. *2. Ætas.* Nam vt primùm Chriſtus Saluator jejunis elementis perfectionem, fugacibus vmbris veritatem, obſolotæ Legi finem attulit: ſurrexerunt ſtrenuiſſimi viri ſolitarij, contemplationi dediti, in ſpiritu & virtute Eliæ; qui & ipſi ad fidem conuerſi, & ſtatim Apoſtolorum coadjutores effecti, in totâ Paleſtinâ fidem Chriſti conſtantiſſimè diſſeminauerunt. Mox ingruentibus in Eccleſiam perſecutionibus, partim Martjrij coronam profuſione ſanguinis ſunt adepti: partim in ſolitudinibus & cauernis, quaſi his dignus non eſſet mundus, ignotam vitam ſanctiſſimè duxerunt. Pacatis deinceps Eccleſiæ rebus, nati pro Patribus filij, vel ipſo nomine venerandi, Hilariones, Pachomij, Baſilij, &c. qui Eliæ, ſucceſſorumque Carmelitarum (vt ipſi profitentur) veſtigijs inhæren-



Digitized by Google

tes, nouas ſubinde varijs in locis Monachorum colonias ſuis præceptis inſtituerunt.

Manſerunt interim ex illis circum Carmeli Montem, permulti Monachorum greges; in quibus genuina Eliadum, ſeu Carmelitarum ſoboles propagata fuit. Vita tunc illis vltra omne carnis ac mnndi commercium, jugi diuinorum meditationi intenta: nullis ſeculi negotijs implexa, nullis implicita ſtudiorum curis, aliâve ſolitudine. Vna illis cura benè latuiſſe, ideóque ſanctè vixiſſe. In quo ſecundo ſtatu, paſſim vocati ſunt Patres noſtri; *Therapeutæ*, *Eremitæ*, *Anachoretæ*; *Solitarij*, *Aſcetæ*, *Philoſophi*, *ac Cœnobitæ*.

3. *Ætas.* Hinc nimirum, TERTIA CARMELITANÆ RELIGIONIS ÆTAS. Cum videlicet varijs in oriente perſecutionibus exagitati Majores noſtri, à Principibus Chriſtianis euocati, migrarunt in Latinam Eccleſiam; quæ illos non ita multò poſt abs eremiticâ & ſolitariâ vitâ, ad publicam, proximorumque vtilitatem traduxit.

Digitized by Google

# CAPVT II.

*Ordinis Carmelitici Regula triplex, quomodo approbata, & cur immutata accuratiùs expenditur.*

CARMELITARVM quibus ſupra origo, ętaſque diuerſa aſſignatur; triplex omnino Regula, conſequenti ſerie cenſeri debet. PRIMA cum ipſo Ordine cœpit, circa annum mundi quatermilleſimum trecenteſimum: & ante Chriſti Natiuitatem, annis circiter nongentis triginta duobus. Neque tùm alia fuit, quàm *imitatio Eliæ* ipſius Ducis, ac Patriarchæ. Hic enim ſexdecim annos ante raptum mirabilem, cum Diſcipulis ſuis religiosè in Carmelo vixiſſe jam retrò è diuino Codice perhibetur. Eliæ porrò *exempla* accepere primi Monachi, tùm per relationem Sacræ Scripturæ; in quâ Inſtitutionis ſuæ per id tempus, documenta hauriebant. Ita ſentiunt Beatus Cjrillus Epiſt. ad Ioachim, Philippus Riboti in Spec. Trithem. lib. de laudib. Carmelit. c. 4. & alij. *1. Regula, vita Eliæ.*

ATQVE in eâ ſanctè perſeuerauerunt illi PROPHETARVM FILII, vſque ad Apoſtolo-

Digitized by Google

rum tempora. Tunc ſcilicet, vt præmittebam, Chriſtianâ fide imbuti, VITÆ PRÆCEPTA ſumpſerunt ab Euangelij; ipſius mandatis & conſilijs: ab Apoſtolorum item inſtitutione. Quod diſertè atteſtantur Euſeb. Cæſar. lib. 2. Eccleſ. hiſtor. Philo Iudæus lib de Vitâ contemplatiuâ, ſeu de Supplicibus. Quibus adſtipulantur Autores inumeri, tàm ſacri quàm profani: & de Carmelitis nominatim, Trithemius vbi ſuprà. Quiq; Hiſtoriam Ordinis lucubrationibus ſuis, vel Regulam commentariis illuſtrarunt; Baptiſta Mantuanus, Thomas Vvaldenſis, Speculum Carmelitarum, B. Ioannes Sorethius, Hieronymus Gratianus, Petrus Vvaſtellius, Martinus à Matre Dei, Thomas de Ieſu, & alij.

*2. Regula Ioannis XLIV.*

SECVNDA REGVLA præſcripta fuit circa annum Domini quadringenteſimum, à Ioanne quadrageſimo quarto Ieroſolymorum Epiſcopo; quem ſanctitatis, & doctrinæ titulo illuſtrem, memorant Authores Eccleſiaſtici omnes: & ex antris Carmeli ad pedum & infulas meritis ſuis aſſumptum Molanus, itemque Petrus Galeſinus in Martyrologio ad duodecimum Ianuarij, alijque permulti. Ea autem juſto volumine continetur, cui titulus eſt; INSTITVTIO PRIMORVM MONACHORVM IN LEGE VETERI EXORTORVM, ET IN NOVA PERSEVERANTIVM. Capraſio inſcribitur, totius tunc Ordinis Archimandritæ & Abbati

Digitized by Google

Abbati Generali. Contexta nimirum partim ex hiſtoriâ veterum Patrum, qui Carmelum noſtrum in ſpiritu & virtute Eliæ monaſticè coluerunt: partim ex ſuiſmet admonitionibus, quas vt erat Origenis amantiſſimus, ex myſtico & allegorico Scripturæ ſenſu doctiſſimè concinnat.

EAM porrò è Græco in Latinum conuerti curauit, circa annum M. C. XX. *Americus* Malafroyda, natione Lemouix, dignitate Patriarcha Anthiochenus: qui diſperſos hinc, inde in Paleſtinâ per Eremos Carmelitas in vnum coëgit, redegitque ſub obedientiâ Fratris ſui B. Bertoldi; qui primus è Latinis, Ordinis noſtri Generalis creatus eſt, anno circiter M. C. XLI. Hanc verò ſecundam viuendi formam, Patres noſtri EREMITÆ partim ac COENOBITÆ, fermè per octo ſecula tenuerunt.

TERTIA quippe REGVLA data eſt ab Alberto Patriarchâ Ieroſolymitano, circa annum Domini M. CC. VII. Ratio illius hæc fuit. Videbant Majores noſtri tunc præſertim Eremitæ, Ioannis quadrageſimi quarti, quam præ manibus hactenus habuerant Inſtitutionem, licet profuſiorem: multa tamen nominatim haud præſcribere, multa quoque non ſatis diſtinguere, vel enucleare. Ideò è diuerſis Eremorum ſpeluncis, cum in vnum clauſtraliter recludi omnes peroptarent; humiliter requiſierunt prædictum Patriarcham Albertum (id *3. Regula Alberti.*

B

enim ipſe in ſuo Prologo inſinuat) vt congruam ejuſmodi Statui vitæ rationem, illis definiret. Annuit Patriarcha, & vno contextu (in decem deinde Articulos diſtincto) *Regulam* hanc noſtram, partim ex alijs Sanctorum Inſtitutionibus: partim ex vſu & experientiâ, clarè & breuiter collegit. Collectam dilectis in Chriſto Filijs, vt vocat, Brocardo, & ceteris Eremitis qui juſta fontem Eliæ in Monte Carmeli morabantur, inſcripſit.

*Regulæ approbationes, & explicationes.*

Exinde diuerſis ætatibus Regulam illam Alberti vel iteratò approbare, vel diuerſo modo explicare, ac moderare tempus & neceſſitas coëgerunt. Adeò vt *primitiua* (prout ab Alberto lata eſt,) nullibi jam, ſaltem in occidentali Eccleſiâ obſeruetur: vti latiùs P. Thomas à Ieſu, P P. Diſcalceatorum, &c. Vicarius Generalis, erudito Libro ſuo de Statu Monachorum.

Prima itaque approbatio, fuit ab ipſo Autore Alberto. Conſtat enim ante Lateranenſis, & Lugdunēſis Concilij decreta; Epiſcopos, potiori ratione Patriarchas, Ordines Religioſos inſtituendi, Regulas condendi, vel approbandi ex jure ordinario poteſtatem habuiſſe. Immò vt hoc abfuiſſet, eam qui condidit Albertus, ſimul & condendo approbauit; quippè quem Sanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis Legatum per ea tempora, Autores conteſtantur.

At cum in Eccleſiam Latinam tranſlati ſunt

Patres noſtri, tàm ipſe Ordo, quàm Ordinis Regula recepta & approbata ſunt. Illud fecerunt expreſsè jam circa initium an. Dom. M. CC. Alexander III. Innocent. III. Honorius III. Concilia duo, Lateranēſe cum Lugdunenſi, & ab eis conſecuta. Quin etiam quia illis placuit, nos deinceps inter Religioſos Mendicatium Ordines annumerare, & proximorum ſaluti attentiùs incumbere; prima ea Alberti Regula à diuerſis Pontificibus correcta, declarata ac moderata fuit. Quippè maluerunt in vniuerſo Ordine conſeruare vniformitatem, quàm ſæpiùs neceſſariam ſingulis diſpenſationem permittere.

Inde primò (vt in Bullarum Collectoribus, præſertim Emanuele Roderico, & Hiſtoriæ noſtræ Scriptoribus videre eſt) Innocentius IV. ex Conſilio Cardinalium, anno Domini M. CC. XLVIII. quædam in eâ expreſſit de paupertate, caſtitate, &c. Emendauit & alia de manſione in Eremis, de ſilentio, abſtinentiâ carnium, refectione ſeparatâ, manſione in cellulis, &c. Mox ab anno M. CCCC. XXXI. Eugenius IV. Pius II. Sixtus IV. Gregorius IX. explicarunt item & mitigarunt; circa ſilentij horas, deambulationem in Clauſtris, abſtinentiam à carnibus, jejunium, &c. quæ mox adnotabimus.

Porrò Regula ſic per vices, vt dictum eſt, explicata, moderataque; plures vbiquè REFOR- *Variæ Reformatio-*

*nes, & viri inſignes.*

MATIONES: multos in vtroque ſexu ſanctitate incljtos Deo, Eccleſiæ, ac Religioni peperit. Puta SS. Andræam Feſulanum, Albertum Siculum, Petrum Thomam Gallum, Francum Senenſem, Petrum Cernouichium Græcum, Simonem Stochum, & Thomam Vvaldenſem Anglos: Baptiſtâm Mantuanum, â quo Congregatio inter Italos Mantuana: Beatum Ioannem Sorethium, qui & ipſe Ordinem reformauit in Galliâ, & Germaniâ; Ioannem Barnegam Hiſpanum, &c. Ex multis quoque Monialibus, Beatam Franciſcam ab Amboſiâ, olim Armoricorum Duciſſam: Beatam Mariam Magdalenam Pazziam Florentinam, &c. Quorum nomina & vitas partim collegit Pater Petrus Thomas Sarracenus, in ſuo Carmelitarum Menologio partim ab Annalium Scriptoribus exarantur.

Digitized by Google

# CAPVT III.

## *Carmelitici Inſtituti, ex prædictâ Regulâ partes duæ: prærogatiua quoque ſingularis, ex Virginis Patrocinio inſinuatur.*

QVo igitur maximè tempore, in Latinam Eccleſiam commigrauimus; neceſſum exiſtimarunt Supremi in terrâ Chriſti Vicarij, primam illam Alberti Regulam Eremitis dumtaxat idoneam, nouo viuẽdi Inſtituto accommodare. Nam cum deinceps Carmelitæ inter quatuor Mendicantinm Ordines annumerati quà ſtudendo, quà docendo, quà ſcribendo, quà concionando, quà confeſſiones excipiendo: ceteraque publicæ pietatis officia exercendo, aliorum ſaluti attentiùs vacare deberent; temperanda ea fuere, quæ cum ejuſmodi muneribus aliquo tandem nomine repugnabant. Vnde jam in Regulâ, vt à varijs Pontificibus variè explicata, moderataque eſt; geminum Ordinis noſtri SPIRITVM, ſeu Carmelitani Inſtituti partes duas diſtinguere operæpretium eſt.

Oro pater, vt fiat in me duplex Spiritus tuus. 2. Reg. 4.

*1. Pars eſſentialis & intima.*

Prima namque ac primaria noſtri pars Inſtituti ea eſt, quæ quaſi Religioni Carmeliticæ

1. *Eſſentialis.* ESSENTIALIS, perpetuòque inhærens traductum ab Eliâ ſpiritum, in toto corpore conſeruat: nec vllo vnquam temporum decurſu, Dei gratiâ adiutrice, extingui patietur. Finis nimirum ille primarius, qui in orationis ſtudio, continuâ cum Deo conuerſatione atque intimâ vnione: nec non perpetuâ cùm internâ, tum externâ ſenſuum mortificatione ſitus eſt. Ad quem omnes noſtri Aſcetę oculos primò dirigere, quem ſemper attentiùs inſpicere debent, alijs omnibus præferre: & ex ejus præſcripto hæc, aut illa munia vel reſpuere, vel amplecti. In quo quidem primario fine, & Ordinis ſpiritu; nihil vnquam imminutum, aut mitigatum fuit. Nec enim vnquam à Pontificibus quidquam detractum de obedientiæ rigidiori obſeruantiâ, de perenni (cum deeſt legitima occupatio) in cellis manſione, de perſolutione horarum Canonicarum, de aſſiduo per lectionem, orationem & meditationem ſacræ Legis ſtudio. Deniquè nihil prorſus mitigatum vnquam de ſecretiori contemplatione, ſolitudinis amore, operationis aſſiduitate ad euitandas otij tentationes: de præcipuo ſilentij cultu, omnium rerum expropriatione: de ſpiritualibus exercitijs humilitatis, manſuetudinis, modeſtiæ, charitatis, pœnitentiæ; alijſque ſupererogationis operibus; quæ ſemper in Ordine noſtro veluti partes præcipuę, eſſentiales ac ſubſtantiales fuerunt commendatiſſima.

Digitized by Google

Sed enim ex Pontificum decretis, ad Eccleſiæ vtilitatem Carmelitico Inſtituto explicatiùs annexa eſt PARS altera: quæ reſciſis ijs quæ in primariâ Regulâ Eremitis ſolùm congruebant, nos publicis deinceps muneribus vel in politico regimine, vel in cujuſque Religioſi perfectione magis idoneos exhiberet. Hinc quot quot jam in Eccleſiâ ſunt Carmelitæ actionem contemplationi conjungentes, ſub Regulâ quidem viuunt Alberti: ſed varijs modis pro temporum, locorum, perſonarum varietate moderatâ. Atque ea propter nobis jam non eſt nefas, in vrbibus ac ſuburbijs habere Monaſteria: in communi refectorio ea quæ erogata fuerint ſumere, dum aliqua Scripturæ ſacræ lectio commodè auditur: horis congruis in Eccleſijs noſtris & Clauſtris manere, ac deambulare: varijs ſubſidijs in itinere vti, pro neceſſitate: aliquot in hebdomadâ dies carnibus veſci, & per eos ſemeſtre jeiunium intermittere: in capitulis noſtris de animarum ſalute tractare, & pluſcula hujuſcemodi. Quæ omnia quaſi ſecundaria, nec primæ conſiderationis; in primitiuâ per Albertum Regulâ vel prohibita erant, vel certè non expreſſa.

*Pars accidentalis.*

Ab eodem quoque fonte manarunt diuerſæ tam ad vitæ interioris cultum, & Eccleſiaſticum officium: quàm ad politicum regimen, & proximorum ſalutis auxilium *Conſtitutiones;* quæ partim

*Conſtitutiones variæ.*

Digitized by Google

in Cœremonilai, partim in generalibus Statutis: partim in cujuſque Reformationis Conſtitutionibus, Directorijs, ac Formulis præſcribuntur.

Quæ omnia Fratres noſtri, maximè verò juniores, altiſſimâ meditatione complecti debent; vt per propria noſtræ Religionis exercitia, ad propoſitum ſuæ vocationis brauium totis viribus conitantur. Deo nimirum vocante eos è ſeculi tenebris, in admirabile lumen ſuum, allecti ſunt in eum vitæ Monaſticæ ſtatum; qui Eliâ duce ac Patriarchâ, alternas contemplationis, actioniſque occupationes ſic inuicem connectit; vt & diuino ſpiritui perenniter adhæreant, & verò (vt loquuntur Pontifices) fructus etiam in Eccleſiâ producant vberrimos. Eoque feliciùs, quo tanto Patre Eliâ gaudentes, B. V. Mariam ſpeciali prærogatiuâ Matrem, Sororem & Patronam agnoſcunt, ac deuotiſſimo cultu venerantur.

*Attendenda vocatio.*

1. Cor. 4.

*Pater Elias, Mater B. Virgo.*

Quibus certè priuilegijs, meritò gloriantur Carmelitæ noſtri; cùm ob reuelationem Parenti Eliæ factam in Carmelo, vbi nubeculam paruam, (tjpum ſcilicet Sanctiſſimæ Deiparæ) ceu veſtigium hominis de marj ſurſum aſcendentem conſpexit: tum ob ſpecialem illius erga nos ſanctiſſimæ Virginis tutelam, & viciſſim noſtræ aduerſus eam ſeruitutis profeſſionem.

3. Reg. 18.

Reuera enim primi inter Mortales numerantur Carmelitæ, qui Beatæ Virgini in ſui montis vertice

Digitized by Google

tice *Oratorium* dicarunt; qui peculiari clientelâ, ſe ejus obſequijs inter ceteros Religioſos mancipatunt: qui conuerſationem illius dum adhuc in viuis ageret, ſæpiſſimè meruerunt: qui glorioſiſſimum diuinæ Maternitatis titulum, in Epheſino Concilio contra Neſtorium vindicarunt. Vnde & ipſa benigniſſima *Parens*, protectionis ſuæ beneficia Carmelitis non ſemel impertiuit. Tum verò maximè, cùm hoſtili inuidiâ Ordine periclitante ſub Ioanne XXII. Prior tunc Generalis B. Simon Stochus, è Cœlo Virgineis manibus accepit Scapulare: inſignem confraternitatis teſſeram, perpetui fæderis notam; Carmelitis, quin & ceteris ommnibus in eo deuotè decedentibus, ad euitanda æternitatis incendia certiſſimum priuilegium. Et hæc quidem à Summis Pontificibus ſæpiſſimè per Diplomata, ſeu Bullas ſic confirmata ſunt; vt vel Ordinem noſtrum ſub titulo, & fraternitate B.V. Mariæ nominantibus, indulgentias conceſſerint.

# CAPVT IV.

## *Ordinis totius Carmelitici in potiora membra, per triginta quinque Prouincias diſtributio.*

IPSA Ordinis nomenclatura, vnitatem ſimul notat cum diuerſitate; quando ejuſmodi nexu, ſeu vinculo varia ceteroquin, diſperſaque multitudo in vnum coaleſcit. Sic rerum, ordiniſque Parens Deus poſt cœli, terræque ornatum admirabilem; prælectam Iſraelitarum Gentem, in duodecim Tribus diſcriminauit. Ab eoque παραπολύπτῳ tam Græca, quàm Romana imperia Plebes ſuas in centurias, decuriaſque diſtinxerê. Quo ſanè reſpiciens diuinus Areopagita cæleſtem, Eccleſiaſticamque Hierarchiam; titulis, claſſibus, numeris pulcherrimè concinnat. Nec aliter porrò Monaſtica Carmelitarum Reſpublica, quà Oriens, quà Occidens patet longè, latèque diffuſa per orbem Chriſtianum, in *triginta quinque* Prouincias ſubindè diſtributa eſt.

*Ordo vbique.*

I. *Terræ Sanctæ* nuncupatur, à quâ cum ceteris Fidelibus exules; Chriſti, noſtramque hæreditatem Barbarorum ſceleſtâ impietate fædari, inti-

*1. Terra Sancta.*

mo animi dolore lugemus. II. *Sancti Alberti*, viri in Siciliâ incomparabilis; cujus ſacri cineres, ſanctiſſimam à paucis annis in eâ Prouinciâ Reformationem excitarunt. III. *Angliæ*, cujus propediem recuperandæ ſpes in ſinu diuinæ Prouidentiæ repoſita eſt. Quippe reliquit ibi Deus ſemen, ex quo cum Eccleſiâ Catholico-Romanâ, Monaſtica quoque diſciplina ſuborietur. IV. *Narbonæ*, quæ dudum in multis Conuentibus ſuis Reformationem meditatur. V. *Romæ*, quam vicini è Vaticano radij majori lumine illuſtrant: & Reuerendiſſimi totius Ordinjs Patris ſedes, à pluribus annis reddit celebrem.

*2. Sancti Alberti.* *3. Angliæ.* *4. Narbonæ.* *5. Romæ.*

VI. *Franciæ*, ab vrbe Lodienſi per Campaniam, Picardiam, Normaniam ad Bituricesvſque diffuſa. Magnorum virorum dudum ferax; & jam in Conuentibus præcipuè Cadomenſi, Monſtrellenſi, Leodienſi & Atrebatenſi ad ſinceram Obſeruantiam non ignauiter anhelans. VII. *Alemaniæ Inferioris*, olim Monaſterijs & viris incljta: ſed jam communi Gemaniæ fato inuoluta. VIII. *Lombardiæ*, circa Alpes & Mediolanum extenſæ. IX. *Aquitaniæ*, non vno titulo, ſed maximè Reformationis zelo inſignis. X. *Caſtellæ Nouæ*, in quâ ſicut & in toto Hiſpaniarum Regno è noſtris ſunt, Theologicis ſtudijs, & Concionum famâ nominatiſſimi. XI. *Hiberniæ*, ſeruans reliquias eorum, & poſtulâs qui contribulibus ſuis inter grauem hæreticæ pra-

*6. Franciæ.* *7. Alemaniæ inferioris.* *8. Lombardiæ.* *9. Aquitaniæ.* *10. Caſtellæ nouæ.* *11. Hiberniæ.*

12. *Prouinciæ.* uitatis ſeruitutem, ſedulò opitulentur. XII. *Prouinciæ*, inter Rhodani fluenta, & Mediterranei Maris amœnitatem ſita.
13. *Scotiæ.* XIII. *Scotiæ*, cujus ſors præcedenti Hiberniæ & Angliæ ſimillima.
14. *Tuſciæ.* XIV. *Tuſciæ*, inter Florentiæ opulentias amœniſſimè florens.
15. *Venetiarum.* XV. *Venetiarum*, quæ multos paſſim Ordini viros doctrinâ, virtute & officijs illuſtres peperit.
16. *Tholoſæ.* XVI. *Tholoſæ*, in quâ etiamnum ſtrictioris Obſeruantiæ germina pullulant.
17. *Cataloniæ.* XVII. *Cataloniæ*, Gentis ſuæ titulis magna.
18. *Alemaniæ ſuperioris.* XVIII. *Alemaniæ Superioris*, haud meliori jam conditione, quàm Inferior inter diuturni belli funeſtas clades.
19. *Vaſconiæ.* XIX. *Vaſconiæ*, quæ non inutili conatu ad Reformationem aſpirat dudum : & ſanctiſſimi Generalis Simonis Stochi reliquijs, ac miraculis eminet.

20. *Turoniæ.* XX. *Turoniæ*, hujus noſtræ, ab vrbe in eâ Archiepiſcopali, vt credimus, nuncupatæ; quam deinceps accuratiori penicillo depictum imus.
21. *Saxoniæ.* XXI. *Saxoniæ*, in Gemaniarum ſorte recencenda.
22. *Aragoniæ.* XXII. *Aragoniæ*, cujus gloria cum ceteris Hiſpaniarum communis.
23. *Neapolis.* XXIII. *Neapolis*, præcipuo Virginis Carmeliticæ cultu, ſpecialiq; Reuerendiſſimi Ordinis Patris clientelâ illuſtris.
24. *Luſitaniæ.* XXIV. *Portugaliæ*, cujus pietas & doctrinâ, Vicariæ Braſilienſi ſufficiens eſt. Ac ne ſingulis nunc immoremur;
*Cæteræ ii. indicatæ.* XXV. *Romandiolæ*. XXVI. *Daciæ*. XXVII. *Sancti Angeli*. XXVIII. *Boeticæ*. XXIX. *Bohemiæ*. XXX. *Poloniæ*. XXXI. *Apuliæ*. XXXII. *Calabriæ*. XXXIII.

Digitized by Google

*Belgicæ*.XXXIV.*Apruttij*.XXXV.*Caſtellæ Veteris*,ſed Nouę poſt liminio iterum annexæ,an.M.DC.XXVIII.

Quibus tandem adjungitur CONGREGATIO MANTVANA,cœpta pridem in Girondenſi Heluetiorum Conuentu Prouinciæ Narbonenſis: cui Vicarius Generalis primus fuit R. P. Stephanus à Tholoſa, an. M. CCCC. XLIII. Conuentibus quinquaginta quatuor perpulchris, præclariſque legibus inſtituta. Eſt & Vicaria Sardiniæ, Conuentuſq; ad Genuam Oliuetanus: cum Diuâ Neapolitana, miraculis famoſiſſimâ: Romæ verò B. Mariæ Trāſpontinæ, & Sancti Martini in Montibus; necnon Collegio Lutetiæ Pariſiorum Maubertino, Ordinis Capiti immediatè ſubditis.

*Congregatio Mantuana.*

*Vicaria Sardiniæ. Oliuetani. 4. Conuētus ſub Generali.*

Quod porrò non vltra ſjllabum iſthæc recolimus, juſtè nemo conqueratur. Noſtræ enim dumtaxat Prouinciæ delineationem adumbramus, nedum totius Ordinis molimur hiſtoriam. Sed vt ſigna antiquis hermetica, viam digito monſtramus: monemuſque ſaltem, vt quod ſingulæ rarum habent & eximium; hiſce veluti præludijs (quæ ſtatim emendata recudentur) includendum quantociùs, ſi lubet, ad nos tranſmittant.

His ſuperacceſſit Patrum ætate, *Diſcalceatorum* Congregatio; cui mater obtigit antiqui Ordinis filia, heroina illa termagna Thereſia à Ieſu. Nempe Prouidentiâ Numinis ſingulari, in Hiſpaniarum Regno nata: in eoque feliciſſimè expirans quarto

*Reformatio S. Thereſiæ*



Digitized by Google

Octobris, anno Domini M. D. LXXXII. Reformationem reliquit à ſe erectam, vtriuſque ſexus Diſcalceatorum; qui illam Alberti Regulam, provt ſolùm ab Innocentio IV. correcta, declarata ac mitigata eſt', ſtrictiſſimè, raroque vbiuis exemplo obſeruant.

*S. Thereſia Reformationis auctrix.*

*Separatio ab Ordine, poſt illius mortem.*

*Nefas noſtros Conuentus recipere.*

Atqui prima illorum Reformatio initium ſumpſit, anno Domini M. D LXVIII. vti refert P. Thomas à Ieſu, Expoſitionis Regulæ, P. 2. dub 5. 9. 3. Separatio autem ab antiquo & vniuerſo Ordine poſt obitum B. Matris facta eſt, anno Domini M. D. LXXXXIV. per expreſſam Bullam Clementis VIII. Quâ Præpoſitum Generalem dictorum Diſcalceatorum, Sanctæ Sedi Apoſtolicæ ſubjectum inſtituit, die XX. Decembris, Pontificatus ſui anno II. Cum paulò antè, in Capitulo totius Ordinis Cremonæ, ſub R. P. Ioanne Stephano Chizzolâ celebrato, ea ſeparatio jam fuiſſet deſignata; cum » renunciatione iuriſdictionis Prælatorum vtriuſ» que partis, ſub conditionibus in Bullis conten» tis. In quibus non minima cenſeri debet, vt eius » Superiores omninò in perpetuum non præſumāt » recipere loca, vel Conuentus Religionis noſtræ; » etiam ſi ſpontè à Principibus, Ciuitatibus, ſeu » Cōmunatibus eis exhiberentur, vel offerrentur. » Quod ſi oppoſitum aliquando ipſos feciſſe com» pertum fuerit, ſeparatio ſit nulla, & irrita: nul» lumq; jus omninò, illis acquiſitum intelligatur.

Digitized by Google

Nec ita multò poſt ſecuta eſt eorumdem Diſcalceatorum ſeparatio altera, Congregationis nimirum Italicæ in Monaſterijs B. Mariæ de Scala, Sanctæ Annæ & alijs, à Congregatione Hiſpaniarum, præpoſitis etiam in vtrâque diuerſis Generalibus; primùm eam ſeparationem poſtulante Cardinali Pinello, totius Ordinis tunc Protectore: & ſuis deindè Decretis confirmantibus Clemente VIII. & Paulo V.

*Duos habēt Generales; ſub Hiſpanico 8. Prouincias, 10. ſub Italo.*

Aliæ porrò REFORMATIONES antiquo Ordinis trunco, ac radici primariæ adhærentes, ſub vniuerſali Capite & Superiore Generali; vnum quod priùs durabat, Religionis Corpus conſeruare elegerunt. Quas inter noſtra hæc Minima RHEDONENSIS (Mantuana enim jam ante ducentos annos, vt prælibaui, florebat in Italiâ: vigetque hodiè Sicula) reparata fermè cum hoc ſeclo in angulo Galliarum, Regulæ provt extat ab Eugen. IV. vigorem ſuſcitare, optimiſque fundamentis fulcire Deo aſpirante conatur. Eoque feliciùs, quo jam fauente cœleſti Numine; noſtra hęc Congregatio, ejuſque Inſtituta ſolemni Superiorum: ipſiuſque adeò Summi Pontificis autoritate confirmata, non ita multò poſt oſtendemus.

*Aliæ Reformationes*

*Anno 1443.*

Digitized by Google

# CAPVT V.

## *Qualis ſtatus Prouinciæ Turonenſis per ducentos annos extiterit, breuiter adumbratur.*

VT in rerum naturâ, necnon experientiæ documentis, nihil vtiquè ſimul inchoatum & perfectum : ſic Turonenſis hujus Carmelitarum Prouinciæ non vna facies, ſtatus verò per varias ætates ſubindè diuerſus. Certè liquet ex retrò memoratis, in feliciſſimo Galliarum regno, *ſeptem* hodiéque integras numerari Carmelitarum Prouincias; Narbonæ ſcilicet, Franciæ, Aquitaniæ, Prouinciæ, Tholoſæ, Gaſconiæ, Turoniæ. Pauciores olim fuiſſe nemo inficiabitur, qui intellexerit Turonenſem hanc ( quâ de loquimur ) à Franciæ Prouinciâ diuiſam, ac ſeparatam an. M. CCC. LXXXIV. in Capitulo Generali; quod vigeſimâ ſextâ Maij in Feſtis Pentecoſtes celebrauit Auenione, Raimundus Vacquerius. Quo etiam pręſente, ac pręſidente; eodem, ſaltem ſequenti anno, die vndecimâ Auguſti D. Laurentio ſacrâ, celebratum fuit Andegaui, primùm noſtrum Capitulum Prouinciale, ex decem omninò Conuentibus; quibus enumerandis

*Septem in Galliâ Prouinciæ.*

*Turonica inſtituitur.*

non

non alius mihi ſtatuetur ordo , quàm quo in Comitijs Prouincialibus euocantur. Primæ igitur ſeparationis fuerunt Rupellenſis, Andegauenſis, Turonenſis, Ploërmelenſis, Nannetenſis, Aurelianenſis, Iuliodunenſis, Paulopolitanus, Pictauus, Pons-Abbatenſis. His annumerati deinceps Aulnęnſis , Henneborenſis , Viuonenſis , Dolenſis, Bondonenſis, ac Rhedonenſis. Ab inceptâ autem Reformatione ad hodiernum diem Ioſephinus Chalenſis, Boninuncij, Quintinenſis, Boniportus Guildonenſis, cum Appendice D. Lauretanæ Maclouienſis, S. Ioachimi Ioſſelinenſis, Sanctæ Annæ Aulrænſis , Sanctiſſimi Sacramenti Pariſienſis, cum regio Oratorio Fon-bellaquenſi ; D. Mariæ Flexienſis, & D. Lauretanæ Floſcellerienſis. Adjungenda , ſi lubet , Parthenæa Sanctimonialium ante Reformationem duo , Scotiarum apud Nannetas , & Nazarethi Venetenſis : totidem] poſtea, Sancti Sepulchri Rhedonenſis , & Bethleemici Ploërmelenſis.

*Conuentus 24. Hoſpitia duo.*

*Parthenaa quattuor.*

Autoritate igitur quam prædixi Generalis , & Ordinis tum ob Conuentuum multitudinem , & nimiam locorum diſtantiam : tum ob querelas nonnullas diuulſæ à Franciæ Prouinciâ , ſuiſque terminis & juribus incluſæ Turonenſi, non pauca per ducentos, & ampliùs annos obtigere ; quæ à nobis, poſteriſque prudentiæ & ſanctimoniæ cupidis per tranſennam tantiſper inſpici, fortè nec



Digitized by Google

otioſum erit, nec importunum.

Principiò obſeruatu dignum reor, hactenùs extitiſſe Capitula inter nos Prouincialia, omninò Centum: *Prouinciales* verò, non ampliùs quinquaginta. Nam primis illis temporibus nec rata erant ejuſmodi Comitiorum tempora, quæ ſæpiùs biennio repetebantur: nec per Circulum agitabantur in Conuentibus, qui etiam aliquando illa bis conſequenter excipiebant. Quod contigit in Andegauenſi, ann. M. CCCC. II. & M. CCCC. IV. Quin & idem ſæpiſſimè, iteratis electionibus perdurabat in officio Prouincialis. Donec juxta ſanctionem Leonis Papæ X. ann. M. D. XL. in Capitulo Prouinciali apud Turonas, Prçſide M. Fr. Mathęo Landæo; cœpit jurare Prouincialis electus ſeruaturum ſe jura Obſeruantiæ, nec omninò procuraturum officij prorogationem vltra triennium.

*Capitula 100. Prouinciales 50.*

Animaduerto deindè à primo è noſtris Prouinciali M. Fr. Michaële Marquerio, in Comitijs Prouincialibus, *Præſides* plurimùm egiſſe, ipſoſmet Prouinciales: ſepties adminus Reuerendiſſimos Generales, Grotium, Sorethium, & Henricum Sjluium: Interdum Vicarios Generales, aliàs Commiſſarios pro Reformatione Apoſtolicos; ſed tam iſtis, quàm illis ſemper coaſſiſtente qui tunc Prouincialis munus defungebatur. Legimus inſuper Vionæ ann. M. CCCC. LXXIX. Præſidem fuiſſe communibus ſuffragijs Electum: Nannetis

*Præſides varij.*

Digitized by Google

ann. M.CCCC.LXXXI. Præſidem egiſſe primum Definitorem defuncto, vel abſente Prouinciali. Ab anno M.D.LXX. præſidere ſolitos iterum Prouinciales, ſed vt Reuerendiſſimi Generalis Commiſſarios. Vſquequò Iulioduni ann. M.DC.XXIX. R. P. Petrus Maillardus Commiſſarij vices ſuſtinuit. Nam quod Andegaui ann. M.D.X. & Rhedonis ann. M.D.XVI. primas ſedes duo ſimul nomine Prouincialis occupauere; monſtrum id euenit ex veteri olim diſſidio inter Conuentus cis, & trans Ligerim. Quæque enim Gens optabat Contribulem ſibi Prouincialem. Vnde emerſit alternatiua quam vocant, permiſſu Generalis Bernardi de Senis. Quam vt Conuentuum ſpecialem affiliationem, Soceros, adoptiuos; aliaque iſtiuſmodi velut diſcordiæ fomites dudum eradicaſſe, pretium fuit Reformationis quàm maximum;

Extitit per id tempus, & alia non leuis pugnæ domeſticæ cauſa. Quippe, vt infra memorabitur, Ordinis *Sanctimoniales* in Conuentu Scotiaco & Nazarætico: nouâ ac priuatâ lege, ſuos ſibi Superiores aſſumere dudum peroptant. Hi verò eâ ratione vendicati, & in jus nouum aſſerti; non ita à noſtris recedere ſatagebant, quin jura Prouinciæ omnia retinere conniterentur. Hinc vtrinque Tumultus, ac diſſidia eruperunt: maximè in Conuentu tum Dolenſi, tum Paulopolitano. Illic nimirum an. M.D.LXX. ac deinceps etiam tertiò Prouincialis

*Turba ob Sanctimoniales.*

nominatus M. Fr. Petrus Gibotius, nunquam tamen vſquam potuit confirmari; nequidem in Congregatione Nationali, Lutetiæ celebratâ an. M. D. LXXII. nec aliâ de causâ, quam quod Vicarium, inter Carmelitiſſas ageret Generalem. Iſtic pariter eodem titulo inſignis M. Fr. Ludouicus Gendronus, in Conuentu Sancti Pauli, an. M. D. LXXXXIX. & loco motus eſt, & voce quam inter nos ſitis importunè prehendebat. Taceo ab eodem fonte perennes ſimultatum riuos, inter M. Richoit Vicarium Scotiacum, & M. Bertholdum Prouincialem. Quę cauſa cum alijs multò grauioribus, noſtros poſtmodum meliori æuo impulit; vt per Sacroſanctam Pontificis, Regiſque autoritatem ejuſmodi diſcordiarum, & vitæ ἀκοινώνητυ ſemina penitùs extinguerentur.

*Nec nulla interea eſt inarata gratia terra.*

*Viri ſemper docti, & pij.*

Rebus enim per vnum, & alterum ſeculum pro æui ſorte feliciter geſtis: *Viros* Prouincia Turonenſis extulit pietate, & doctrinâ ſanè conſpicuos.

Alanum Britonem, hîc minimè produco; quippe qui multis ante annis ex iſto Galliarum angulo in Carmelum nauigans, præclaris dotibus ſuis meruit ad Generalis verticem appellere. Thoma itidem Connecti, Carmeli Rhedonẽſis alumni; vita, morſque famoſiſſima conſultò à me præteritur. Quantus verò, & qualis extiterit B. Generalis So-

Digitized by Google

rethius, dicendi locus redibit in Epigraphe Andegauenſi. Franciæ alumnum fatemur. Sed præterquàm quod Ordinis caput, & Pater vixit inter nos, & deuixit; tot in noſtrâ Prouinciâ patrauit, (ſicut & alter Reuerendiſſimus Audetus) pro Reformatione promouendâ, vt à noſtris nunquam abire queant. Priori ſubſidio fuit & adjumento, M. Fr. Ioannes à Nuce; è Carmelo Iuliodunenſi Prouincialis electus anno M. CCCC. LVII. & Illuſtriſſimę Armoricorum Duciſſę à confeſſione auriculari diu probatiſſimus. Nec longo abfuit temporis & meritorum interuallo, ex Familiâ illuſtri in Aſylo Paulenſi, M. Petrus de Kmengui, etiam in Gentilitiâ Argentręi Hiſtoriâ nominatiſſimus. Haud quoque famâ minor M. Fr. Guillelmus Dunoquercius, Carmeli Nãnetenſis Aſceta, & Eccleſiæ Doctor inſignis. Hîc primùm Vicarius Generalis creari meruit, dein Turoniæ Prouincialis poſtulari. Tandem Romæ legatus, Orator Sereniſſimi Britanniæ Ducis Franciſci II. ſanctiſſimam vitam pulcherrimâ morte cumulauit. Venit in partem ſicut laboris, ita & laudis M. Fr. Ioannes à Cruce; qui noſtris conſentientibus, Prouinciæ regimen ſuſcepit abs Reuerendiſſimo Audeto; cujus Vicarius Generalis, Reformationem vbique Galliarum Zelo ingenti promouebat. Sed à ſuis in Prouincialem Franciæ poſtmodum reuocatus, fecunda Reformationis germina apud nos reliquit.



Digitized by Google

Paria fecit Ioannes de Vinetâ, noſtras Armoricus, Galliæ Prouincialis digniſſimus, ſummæ vir eruditionis, & pietatis excelſæ; hunc etenim laudant Trithomius, & Poſſeuimus; ſicut & item Ericum Boyum, Petrumque Garnengium, quos inter Scriptores è noſtrâ Prouinciâ retulere.

*Etiam extremis temporibus.*

Etiam inclinante ſeculo, haudquaquàm defuere magni Viri; Deſiderius Ricardus patriâ Andinus, Religione Nannetenſis, doctrinâ Theologus, facundiâ Orator eximius, officio Commiſſarius Generalis, dein Prouincialis; captus demum in Eccleſiaſten inſignis Eccleſiæ Rhedonenſis, eo in munere totos ſeptem ſupra decem annos felix perſeuerauit. Donec Deo, non vulgari pietate: hominibus, etiam viris Principibus incredibili vrbanitate dilectus; deſijt in Carmelo Rhedonenſi, an. M. DC VII. inter Eccleſiæ Sacramenta, preceſque ad Deum ardentiſſimas. Suppar fuit & alter ſanctimoniâ, cœleſtique ſapientiâ inſignis Symphorianus Godiuierius; qui multâ operâ Rhedonenſi Cænobio ſtrenuè, diuque nauatâ, viam præſtruxit paulò poſt futuræ Reformationi. Cujus deinceps tempora attigere Ioannes Dauid, Petrus Behourtius, Ludouicus Perrinus, Petrus Bertoldus, Nicolaus Dadierus, alijque bene multi; quibus ſua ſeu pietatis, ſeu ſaltem eruditionis in Menologio ſequenti Elogia rependentur.

Quo loco ſolemnem diuinæ Prouidentiæ le-

Digitized by Google

gem, nefas eſt præterire. Nunquam enim videas vllum in Eccleſiâ malum ſuboriri, quin illicò medela diuinitùs præparetur. Non ibo procul. Ecce quo prorſùs momento vipera Nouiodunenſis à lutheranâ mutuato veneno per Germaniâs, perque Gallias virus efflat in animarum perniciem; ſuſcitat Deus in Iberis, magnum & ſanctum Thereſiæ nomen; cujus Reformationi Scopus is in præcipuis, abs Chriſtianiſſimo Regno peſtem hæreticam auerruncare.

*Deus malis præparat medicamina.*

*Caluiniſtis reſiſtunt Carmelitæ.*

Ad ſunt & tunc etiam inter noſtros non pauci, qui dum furor Caluiniſticus ſacra omnia in Gallijs peſſumdare attentat; tartareos impetus, non mediocri virtute paſſim retundunt. Nota in prælijs Domini nomina ex Carmelitis Franciæ præſertim ac Burgundiæ; Thomas Beauxamis, Eligius Charonius Perronetus, Buffetius Genebrardo ab intimâ amicitiâ, qui & vtrumque Teſtamentum Hebraicis verſibus concluſit: Picquelinus, Berthelotij duo Lugdunenſes ſuffraganei, Anaſtaſius Cocheletius Lipſij defenſor, alijque complures eruditione & eloquentiâ celeberrimi.

Atque vt impugnatâ fidei veritate, arietant Hæretici in Eccleſiæ decora, officiumque Diuinum; ita palmari veluti laude, vtriuſque ſtudijs incumbunt Carmelitæ. Viuunt adhuc in plurimorum è Clero, memoria Caroli du Bois, ſimulque Edmundi Matheroti opera; Cantus, quem vocant Grego-

*officium Diuinum.*

Digitized by Google

riani, emendationibus ſedulò impenſa.

Haud diſpari ratione, dum effrænis nouitas noſtræ hujus Turonenſis Prouinciæ pleraque affligit: ſuſcitati à Deo vt pugnarent pro domo illius & templo, M. M. Cjrillus, Aureliæ veneno necatus, Gendronus qui de Altaris Sacramento ſcripſit non leui manu: Templerius, Vergerius, Aurilæus, verbi veritatis Præcones: Petrus Bertoldus ingenij robuſtiſſimi, verum Prouinciæ Turonenſis columen, & San-Paulinæ Metropoleos mortuus Eccleſiaſtes. Fuit & ſubtilis ille Baquetius, quem publico, legitimoque Diſputationum certamine; factioni autoritati Pontificię tunc minùs faucenti, oppoſuit magnus Cardinalis Perronius. Viguit pariter per id tempus in Conuentu Turonenſi, Andegauenſi & Nannetenſi ingens officij Diuini cultura. Iſtis ergo, alijſque hujuſmodi traducibus, Prouinciæ Turonenſi adhæſit Rhedonenſis Obſeruantia.

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT VI.

## *Obſeruantiæ Rhedonenſis origo prima, paucis aperitur.*

BELLORVM, Hæreſeonque procellis afflictæ jacebant Res tam Eccleſiæ, quàm Imperij; cum vtriſque reparandis, paternas curas impendit Dei Opt. Max. prouidentia. Non quod non ſemper extiterint in Prouinciâ Superiores, queis inerat zelus ſecundum ſcientiam; vt Clauſtris irrumpentes à ſeculo corruptelas vel præuerterent, vel repararent. Reuera enim, ſemina Reformationis è noſtris ſemper complures, non perfunctoriè arripuerunt. Vnde per *quatuor* potiſſimum tempora, tentatum ejuſmodi opus, etiam & inchoatum aduerto. *Quater cœpta Reformatio.*

Beati certè Sorethij Conſtitutiones ad meliorem vitam compoſitæ, fructus produxerant in Belgio, & Franciâ vberrimos; quorum racemationem per ſemiſeculum, noſtrates etiam Aremorici collegere. A recto tramite deflectentes, reduxit Nicolai Audeti etiam Generalis, autoritas & induſtria. Vtque Temporum calamitas optimo ſemini lolia ſuperſeminauit, hæc eradicare conati ſunt

Majores noſtri ; Congregationis Albienſis non duraturæ operâ, & ſedulitate. Indeadeò duobus retrò ſeculis, pauca hæc è multis melioris frugis rudimenta, deſtinatæ Reformationi proluſerunt.

*obſeruantiæ elementa.* *In Capitulis* paſſim Prouincialibus Aureliæ, Ploërmeli, Turonibus, & Rhedonis maximè celebratis; cura Reformationis, Reuerendis Prouincialibus impensè commendatur. Emendicatus Secularium fauor, ſeuerè interdicitur. Ad eliminandam proprietatis peſtem Procuratores, ſeu Oeconomi in ſingulis Conuentibus inſtituuntur. Eo crimine infames viui feriuntur anathemate, functi Chriſtianorum ſepulcro priuantur. Electio Prouincialis per procuratores, vetita: Magiſtri in communem Tabulam, & Miſſarum ordinem redacti: non Reformatis veſtes præcipiuntur, à Reformatorum habitu diuerſæ. Diuinum officium, ſanctiſſimis legibus excolitur: præficiuntur morum Magiſtri; & in Conuentu præſertim Rhedonenſi, qui Sacras diſciplinas paſſim edocerent. In Reformatione verò ſeu diſcolos & contumaces, ſeu tepidos & negligentes munere concionatorio, alijſque honorarijs abdicandi: immò & in alienas Prouincias amandandi, jus conceditur.

Tanta autem cupido vel per ea tempora Patres noſtros ſemper inceſſit, doctrinæ ſtudia nonniſi virtutum paraturæ attexendi; vt nullis ante paterent adjtus ad lycæa Philoſophica, nedum ac

Theologica; quàm Capitulo Prouinciali à Conuentuali in quo vixerant ritè propoſitis, cum ſolemni de vitâ & moribus teſtificatione. Immò nec fas erat conſequenter, ad laureas & priuilegia Doctorum contendere; ni iterum tam Conuentus vnde erant oriundi, quàm Prouinciæ Comitia id expreſsè poſtulaſſent abs Reuerendiſſimo Generali. Alioquin promotio ejuſmodi illicita, ſimul & irrita reputabatur. Quod jam olim in Conuentibus Turonenſi, ac Aurelianenſi contigit non ſemel. Illuſtris eſt eâ ſuper re autoritas Capituli quoque Generalis, Romæ celebrati an. M. DC. IX. & in Prouinciali Henbontenſi promulgata die XXIX. Aprilis, an. M. DC. XI. *Nullus ad gradus Bacchalaureatus & Doctoratus promoueatur, qui Curſum Philoſophicum non peregerit, Theologiæ ad minus per triennium operam non dederit: & conſenſum ſuæ Communitatis, per Prouinciale Capitulum non habuerit. Quod ſi aliter promotionem obtineat, ſubreptitia & nulla habeatur.*

*Gradus in Theologia.*

Quanquam ſub medium poſterioris retrò ſeculi, gemente inter tumultus ex Caluini factione toto fermè orbe Gallico; præpoſtera morum licentia vel ſacerrima inuadens, proterens: non aliter, heu! quàm ſingularis ferus vineam Domini depaſtus eſt. Dormiuiſſe tunc locorum vbiquè pleroſque omnes, quorum intererat ſuper gregibus ſuis inuigilare, nimis quàm creditum. Mox



Digitized by Google

tamen per Dei gratiā euigilati nulli operæ, labori nullo pepercerunt; vt lupos arcerent, oues fouerent: vitia euellerent, virtutes implantarent. Præclarum ſanè opus neceſſariumque, Eccleſiæ ad inſtar, ſtatim è noſtris haud pauci, velut dato ſigno gnauiter aggrediuntur.

*Exordia Rhedonenſ.* Quo ſanè tempore quarta quæ modo viget prouinciæ *Turonenſis Reformatio*, viſa eſt dextro Numine exoriri. Priores ſiquidem tres Sorethana, Audentana, & Albigenſis: aduentitiæ dumtaxat, & quaſi adoptatę firmas radices minimè egerunt. Hanc medio in Prouinciæ ſinu, & Rhedonis quaſi in centro enatam, decuit circumquaquè propagari: & porrò duraturam bonâ ſpe gaudentes vouemus, & ominamur.

*Status quadruplex.* Verum enim, Candido Lectori minimè puto me facturum ſatis; ni tota tantillæ hujus Reformationis idea, breui veluti tabulâ, ad inſpiciendum à me proponatur. Quod vt faciam euidentiùs, *Statum* illius *quadruplicem* juuat diſcriminare. Conceptam enim video, & ardentibus votis optatam jam ab anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo. Tum cum inter relicta nobi à Deo ſemina, nę Gomorrhæis fatis damnaremur, antiquæ pietatis M. Nicolaus Chaumerius Aurelianenſis Carmelita, in Rhedonum Conuentu agens Priorem; entheâ quadam vi & humanâ majore, Petrum Maignagnum & Petrum Behour-

tium indicans, præſagiuit in hæc verba; *Selegit Deus hoſce duos, quibus vtetur ad corruptelam aliorum è medio tollendam.*

Nec verò omem euentus fefellit. Priore enim Magnano, primos inter feruores per Concionum, lucubrationumque fructus plurimos breui exhauſto; poſterior Behourtius acri vir ingenio, virtute rigidâ, doctrinâ & eloquentiâ pro æui genio non quotidianâ: ad præconceptam melioris vitæ ſpem ſemper, & ſemper anhelabat. Quippe prior ſæpe-ſæpiùs in Aurelianenſi, Dolenſi, Leonenſi, ac primâ vice Rhedonenſi; probroſa, infanda, carceres etiam ementito fœderatę proditionis titulo, patiebatur pro zelo Reformationis. Interea commodùm in Galliam aduenit ſuper Generalis, Commiſſarij quoque Apoſtolici autoritate incljtus Henricus Sjluius. Miſſus is à Pontifice Clemente VIII. nec non à Rege Henrico IV. ciſalpes euocatus, vt deſtinatæ Emendationi ſedulam manum admoueret; poſt luſtratas alias Galliæ partes, Nannetas tandem appulit, anno milleſimo ſexcenteſimo quarto. Eo mox temporis, ac loci conuocatis è Prouincia Turonenſi Carmelitis, *Conſtitutiones* ſancit pro Reformationis inſtituto: Carmelum Rhedonenſem, ſtatim pro cunabulis nominat: Patrem Behourtium, Priorem Patrem inſtituit. Hîc demum felicibus ejuſmodi auſpicijs ſeminatur, hîc plantatur modicum granum; quod in

*Statuta Henrici Sjluij G.*

Math. 13. grandem deinceps arborem excreſcere, juſſit cæleſtis agricola. Illicò enim quo naturæ, gratiæque feruore animatus erat Princeps ille Reformationis diſcipulus & præceptor, bonus Behourtius; opem & auxilium à Deo implorat, ſe ipſum alijs præbet quà verbo, quà opere, exactæ diſciplinæ exemplum; nullum denique non mouet lapidem, vt ad deſtinatum ſupernæ vocationis brauium ſe vrgeat, alios impellat. Et verò ſic cucurrere omnes, vt ſupra ſpem, ſupra vota breui ſpatio comprehenderint. Ante omnia Conuocatis qui aderant in Conuentu Rhedonenſi Fratribus numero *ſeptem*, allata Nannetis Statuta Reuerendiſſimi Sjluij promulgauit. At reuera tanto feruoris ſpiritu, vti omnes non acceptarint modo; ſed duriorem penitentiæ viam, ex æquo ſimul arripere Condixerint.

*Inita Reformatio per ſeptem Rhedon.*

*Difficultates ſuperandæ.*

Sed enim ne deforet operum diuinorum lapis lidius, *tentatio*; dici vix poteſt quot, & quanta hinc, & hinc obortæ tempeſtates nouellam plantam derepentè concuſſerint, & tantum-non labefactarint. Intus, Clauſtra propè verſa in Caſtra: Djnaſtæ, Milites, Ioculatorij, Mangones, Momi, Bacchantes; è Cænobio Rhedonenſi (cui per bellorum licentiam inſueuerant) amandandi. Foris hoſtes, & inuidi: circum vndiquè, pauperies pauperrima; ſemel dixerim; omnia corruptiſſima, velut à fundamentis reparanda. Et quod grauius

Digitized by Google

tametſi ſolemnius, pericula à falſis Fratribus jam aperta, mox occulta. Non deſpondet animo vir eximius, in Deo ſuo murum tranſgreditur: & diuinæ miſericordiæ, quam aſſiduus efflagitabat, prudentiam adjungens; vocat in operis & laboris partem, dudum ſibi eodem Reformationis zelo notos, Patrem Philippum Theobaldum, & Ludouicum Perrinum. Hic Prior tum erat, in Carmelo Iuliodunenſi. Ille apud Lutetiam Maubertini Carmelitarum Collegij jubente, quem laudabam mox Generali, Æditŭus. Qui mox, cœleſti haud dubiè inſtinctu: monitu etiam Sapientiſſimorum Berullij & Duuallij, à propoſito conuolandi ad Carthuſianos primùm, dein ad noſtros Diſalceatos diſtractus; oblatam ſibi à Deo occaſionem lætus excepit, ſuis ſuam intra Prouinciam deſiderijs potiundi. Quoniam porrò delegatam ſibi à Generali ſtationem, deſerere erat nefas; præmiſit Vir ſagax, ejuſdem voti ac meriti candidatos & competentes duos P. Franciſcum Odiau, vnàque Ioannem Doquetium; illum quidem Carmeli Andegauenſis, iſtum Rothomagenſis profeſſum. Nec ita multo poſt, ſimili conſilio auxiliares aduentant P P. Ludouicus Carpentarius Turoniæ alumnus, ſed tunc Pariſienſis Prior: Ludouicus Perrinus, quem ſupra Priorem Iuliodunenſem nominaui: & Natalis Mardeauxius, è noſtrâ tunc Prouinciâ Lutetiæ ſtudijs incumbens. Felices exploratores di-

Digitized by Google

cam, an adjutores? Acceſſere ſub idem tempus, & Nouitiorum primitiæ Iuuenes nonnulli; qui omnes inſimul ſuſceptam Reformationem, operis veritate adimplere elaborabant.

Sed qui Dæmonum luſus eſt, iterum turbæ: iterum impetus, & tumultus. Quos vt ſedet Pater Behourtius, modicæ cimbæ fidus nauarcha; ſupplex mittit ad Pontificem Paulum V. A quo per protectorem Ordinis Pinellum Cardinalem, juſſus eſt cœptæ Reformationi totis viribus incumbere. Donec delegatus circa eos dies à latere Cardinalis à Iojeuſa, totum Rhedonenſis Obſeruantiæ negotium, *pontificiâ autoritate* communiuit. Eo ſi quidem fine, rogatu Reuerendi ſuo ſatis nomine laudati è Societate Ieſu, & tum Henrico IV. à confeſſionibus Petri Cotonis: accedente teſtimonio R. ac B. Patris Angeli à Iojeuſa, qui Prouincialis agens Capucini Sodalitij, noſtrorum ipſe primordia viderat, & amauerat; ſanctiori diplomate res Obſeruantiæ ſtabiliuit. Tunc in Rhedonenſi Tjrocinio animi, & vires mirum in modum ſuccreuere (audentes enim juuat Deus) non ſine Miraculorum ſenſu, & exiſtimatione.

*Cõfirmatur per primum Breue.*

Ciues *Rhedonenſes*, ad nouum inſtitutum cœlitùs animantur, Supremæ Curiæ Senatores, tutelam vltrò offerunt: Matronæ Prænobiles, inſpiratâ Charitate ſuppetias ferunt: Præſul Vrbis ſanctiſſimus Franciſcus Larchiuerius, nouâ benedictione

*Fauent Ciues Rhedonenſes.*

Eccleſiam

Eccleſiam conſecrat, Obſeruantiam dedicat. Dumque adhuc in incerto cuncta vacillarent, deſponderent plerique, premente etiam à præcedentibus miſerijs rei familiaris anguſtiâ: vixque auderent, aut ſperarent proficiſci ad Capitulum Prouinciale apud Pictonas indictum; exploratâ dudum ſuos inter Ciues probitate, Patronus in paucis Celeber, Dom. Petrus Bernardus Boucherius, ſummam pecuniæ Priori Behourtio afferens, & ſecretò offerens: *ſcio*, inquit, *& videt Deus veſtram modò egeſtam. Macte animo, opus ſuum abſoluet ipſe qui incœpit. Meminerimus, bone Pater, verbi Domini Ieſu; cum feceris Elemosynam, neſciat ſiniſtra quid dextra efficit.* Matth. 6. Scribendum ſanè nomen optimi Viri in libro vitæ, vt animam Chriſtianiſſimi benefactoris nemo non putat apud Dominum, in viuentium faſciculo cuſtoditam. 1. Reg. 25. Nec fortè remunerationis à Deo pars vltima, prolem habuiſſe ſanctioris vitæ inſtitutis (quod paucis eâ ſorte contigit) deuotiſſimam. Nam è ſex filijs duo Societatem Ieſu ingreſſi, duo Capucinorum pœnitentiæ addicti: Minor natu breui conſummatus, tempora multa inter nos compleuit; *Vide infra.* Sap. 4. filia demum vnica, flammeo Benedictinæ familiæ Virginali decorata eſt. Ecce ſic Benedicetur homo, qui timet Dominum. Pſ. 127.

F

# CAPVT VII.

## *Felix in hunc diem Obſeruantiæ Rhedonenſis progreſſus, ſummariè indicatur.*

PLANTATA hactenùs in Vrbe & Conuentu Rhedonenſi, Carmelitarum Reformatio; eâdem deinceps cœleſti manu rigata, & aucta reperitur. Segregatus in id operis erat à Deo, relatus ſupra P. Philippus Theobaldus; vir vt verbo abſoluam, per omnia magnus. Is igitur qui eximiâ ſemper ſpe, à primâ jam adoleſcentiâ jugum Domini portauerat in Carmelo Andegauenſi: Maubertinæ Eccleſiæ cujus res adminiſtrabat, & Philoſophiæ quam inibi perlegebat curâ perfunctus; cum quatuor è ſuis Diſcipulis Rhedonas perrexit, anno milleſimo ſexenteſimo octauo. Ibique in ſpiritu & virtute Eliæ, ſurrexit quaſi ignis; adeò verba illius pariter & opera, quaſi facula ardebant. Haud morâ, cœlitùs omnes animati, miſsâque de Spiritu Sancto ſolemniter decantatâ: pone altare majus, in odeo à promiſcuâ multitudine jam ſecluſo: quot quot tunc aderant, *Votorum renouationem aggrediuntur*; communique ſjngraphâ, cum jurejurando, Prior ipſe Carpentarius, in

Thren. 3.

Eccl 41.

*Votorum renouatio.*

Digitized by Google

manu Behourtij, vt Antiquioris: Theobaldus verò, ceterique deinceps in manibus Prioris, deuouent ſe Reformationi. Conceptis de more votis addidere proprietatis abdicationem, Magiſtrorum, graduumque expunctionem; & ratum deinceps neminem fæderatæ Societati admittendum, ni priùs anno integro zelum ſuum approbaſſet.

Nouæ & jam Coloniæ ſuccenturiantur è ſeculo, maturâ ætate F. F. Gabriel ab Incarnatione, Andræas à Sancto Ioanne, Michael à Viſitatione, Cjrillus à Sancto Franciſco, Elias ab Aſcenſione, *Nouitiatus.* Simon à Sancto Ioſepho. In laïcos verò F. F. Ioſephus, Angelus, Vincentius, & alij. Queis præfectus eſt vitæ ſpiritalis Mjſtagogus, P. Franciſcus Odiau. Donec vere inſequenti, poſt conciones pari totius Vrbis fructu, & plauſu, habitas per Quadrageſimam à Philippo Theobaldo: qui reuera τῦ λόγυ ὑπηρέτης, καὶ κύρηξ, omnes rapiebat in admirationem; ipſe in Superiorem Conuentus, & Magiſtrum Nouitiorum aſſumitur. Quæ tunc ab eo, & ſub eo frequentiùs dixerim, an feruentiùs agitata fuerint, pœnitentiæ, orationis ſilentij, totiuſque Aſceticæ Exercitia; ſubſecutus vitæ tenor ſatis, ſuperque commonſtrauit. Nec ſine ſpeciali Numine excitatus per ea tempora Pater Proſper, Sodalitij Capucini Sectator arduæ & inconcuſſæ virtutis: qui velut

λαμπαδηφόρος, in mininæ hujus Obſeruantiæ crepuſculo verbo, opere, pietate, pœnitentiâ noſtris vel ad miraculum præluxit. Fulget ille jam profectò, in perpetuas æternitates: nec poſſunt ab eo eruditi ad juſtitiam Carmelitæ, tam ſancti nominis abſque ingratitudinis notâ vſquam obliuiſci. Daniel. 12.

Verùm, quod vel Apoſtolis ipſis contigit, præclarò ejuſmodi ſtadio ſtrenuè decurrentibus, haud multò poſt intercurrit Cacodæmon. Qui peſſimus diſcordiarum ſeminator, eò ſtrophas ſuas promouit; vt diſſidiolo inter Primores exorto, ad ſuos receſſerit Doquetius, Theobaldus verò Lutetiam redierit. Quo eum quoque, & maximè vocabat tunc Eccleſiæ & Ordinis per factionem Antipôtificiam agitatio. Ni enim aduolaſſet Theobaldus, vt Licentiati Sorbonici munera obiret (quod pari pietate, ac ſubtilitate executus eſt) reliquos omnes Collegij Maubertini, Baccalaureorum albo factio expunxerat.

*Lutetiam reuocatur Theobaldus.*

Credimus tamen non ſine Dei nutu; quò ſcilicet capeſſendis poſtmodum in Reformationis negotio muneribus, fieret aptior: & vt in Obſeruantiæ conſilium (ſæpiùs enim eâ de re ſermones ambo conſeruerant) adduceret P. Matthæum Pinaltum, quem ſuum deinceps velut Eliſæum ſemper habuiſſe nemo non agnoſcit. Quâ autem id occaſione acciderit, breuiter exequar.

Digitized by Google

Agente nimirum R. Prouinciali Chriſtophoro le Roj, captus eſt in Priorem Andegauenſem Ludouicus Carpentarius, quem hactenus ſimile officium detinebat in Rhedonenſi. Hujus ſtatim in ſedem, cõmunibus omnium calculis, ſuffectus eſt P. Philippus Theobaldus. Ita electum, & ad partes ſuas abeuntem Lutetiâ Rhedonas inſecuti ſunt, prædictus P. Pinaltus, videns demum firmas quas expectabat Obſeruantiæ radices: Michaël Hardi, Anthonius Roulinus, Petrus Deniardus, & Mathurinus Aubronus. Qui duo juniores, vt potè Rhedonenſes alumni, multam jam operam Reformationi nauauerant. Ergo illi ſimul omnes inchoatum Rhedonis Obſeruantiæ opus, ſeriò aggrediuntur. Priori Theobaldo Supprior poſtea, & Nouitij Præfectus adjungitur Pinaltus. Vniuerſi pro virili parte publico Reformationis bono, ſuæ verò nominatim quiſque ſanctificationi, generoſiùs incumbunt. Appoſitâ etiam per eos dies animarum è Seculo multitudine, corde vno perſeuerabant vnanimes, in exultatione & ſimplicitate cordis.

*Inchoata verè Reformat.*

*Act. 2. & 5*

*Augeſcente* igitur reparati Inſtituti germine, per occaſionem Capituli Generalis Romæ celebrati an. M. D. C I X. cuncta in *Andegauenſi*, ad ſanctiorem diſciplinam paulatim diſponebat Prior, quem dixi Carpentarius. Hinc turbæ, intra grauiſſimæ: apud exteros nec leues, nec inutiles. Eo enim zelo Illuſtriſſimi Epiſcopi Mironij, Clariſſimi Of-

*Andegauenſis Conuentus Reformatur.*

ficialis, omnium in Vrbe Optimatum res deducta eſt; vt Reformationem in Carmelum Andegauenſem introducere, neceſſum fuerit. Factum, dictum. In Nouum Priorem à Comitijs Hennebonti coactis, ann. M. DCXI. confirmatur P. Franciſcus Odiau. Cujus ſub diſciplinâ viguit pietas, primus inter nos Philoſophiæ Curſus auditur: publica illa, haud minùs quàm proficua quadraginta horarum oratio, per Bacchanalium tempeſtates effloreſcit.

*Turbæ Turonenſes, ann. 1615.*

Sed ecce & alia tempeſtas, non minimo diſcrimine res noſtras tantum-non proſternit. Ituri ex vtroque Conuentu ad Capitulum Prouinciale *Turonibus* indictum, ad ann. M. MCXV. obſtinatiùs quam par fuiſſet (& hoc notari refert plurimùm) electum à ſe Priorem eundem, P. Philippum Theobaldum; hi, & illi ſibi vendicant. Cauſa fuit minùs benè affectis erga rigidiorem vitæ diſciplinam, confirmato Priore Rhedonenſi Theobaldo, P. Ludouicum nominare in Priorem Andegauenſem. Obſtitit pars ſi non major, ſaltem melior. Vnà ſimul oportunè, quia ex eâdem domo duos ſimul Definitores creari prohibebat conſuetudo: in locum & vices Franciſci à Cruce, ſimulque Laurentij Longuenſis, ſubrogati ſunt P.P. Ludouicus Perrinus, & Mathurinus Aubronus. Quorum, omniumq; pariter Reformatorum nomine Romam deputantatur P. P. Fran-

*M. le Roi, & Longue-Eſpée, erant Nannetẽſis Conuentus.*

ciſcus Odiau, Mathurinus Aubronus, & Petrus Deniardus. Lite diu, multùmque agitatâ, ipſo die S. Caroli vnius ex Obſeruantiæ Patronis, ſententiam tulit Reuerendiſſimus Generalis; quâ Electio Prioris Andegauenſis, ad Gremiales iſtiuſmet Conuentus remittebatur. Addidit & Eminentiſſimus Protector Millinus, vetitum deinceps Prouincialibus quenquam in Obſeruantiæ Conuentus inducere, vel ab eis abducere: niſi pari vtrinque conſenſu, aliaque non pauca fouendæ Reformationi maximè idonea. In ceteris verò rudiora noſtrarum *Conſtitutionum* rudimenta vidit, & confirmauit Reuerendiſſimus: ipſe etiam Eminentiſſimus manu & ſigillo muniuit, examinata priùs ejus juſſu abs felicis memoriæ R. P. Dominico à Ieſu, noſtros inter Diſcalceatos percelebri. Qui & anno M. DC. XXV. præſens ipſe in vltimis Generalibus Comitijs, dum in Eccleſiâ approbantur publicè Reuerendi Prouinciales; noſtras res in tuto jam eſſe plurimùm ſe lætari geſtu, & voce gratias agens Deo teſtatus eſt. *2. Confirmatio Obſeruantiæ.*

# CAPVT VIII.

## *Delibatur Obſeruantiæ Rhedonenſis propagatio.*

CONFIRMATIS eo modo Obſeruantiæ rebus, dictu mirum! quàntum felici ſobole, paulatim fuerit propagata. Primùm incredibili *Recepti ad Nouitiatum.* numero *Iuuentus* ad tjrocinium admiſſa. Plerique nobilitate, ingenuitate, moribus, ingenio, eruditione inter Britones maximè, Normannos, & Andinos precipui. Subindè antiqui, nouiq; *Conuentus* Obſeruantiæ dicati: plerumque non ſine *Connentus Reformati.* expreſsâ Numinis prouidentiâ, vt infra ſigillatim delibabitur. Nec ita multò poſt agri hujus, ſatis Deo ſeminante gratiarum pleni, odor paulatim effuſus, illexit vndiquè *Carmelitarum* plurimos; quos noſtri habuere ſi imitatores dicere non audemus, ſaltem hortatores. Vt numero parcam & inuidiæ, inſigniores denotaſſe erit abundè; quia *Tob.12.* *opera Dei reuelare, honorificum eſt.*

Primus occurrit, fortaſſis & præcipuus R. P. *Alij ex Ordine ad nos venerunt.* N. Ramponus, magnus reuera vir: Philoſophiæ ac Theologiæ lectionibus, linguarum peritiâ, iterato ſæpiùs in Franciâ Prouincialatu:

ſed

ſed (quod palmare) orationis ſtudio, jejuniorum perennitate, pœnitentiæ rigoribus; vix credendâ, adeò erat Patri familiaris, Dæmonum notione, & exploſione commendatiſſimus. Is Reformationem meditans in Metenſi Conuentu, vbi agebat Prior; ſuos etiam Diſcipulos Theobaldum Rhedonibus, Pinaltum Andegaui conuenire, conſultare: ſingula pietatis exercitia inſpicere, ſuſpicere: rimari, mirari dedignatus minimè eſt.

Hujus exemplum ſecuti in pluribus è Belgio, R. P. Lucas Gueſlinus; vt taceam cetera, Sereniſſimæ Infantis Iſabellæ à Concionibus. Manſit verò etiam diutiùs in Prouinciâ, R. P. Petrus Vvaſtellius; cui Ordinis Carmelitici proſapia tantum debet, quantum ſciunt non inſcij. Acceſſere præterea è Maubertino Conuentu inter ceteros, nam & ipſe remanſit Michaël Hardi. Ex Germaniâ P. Ioannes à Cruce, & P. Ioannes à Paſſione; quorum prior, ſuis poſt ſtudia inter nos redditus, incredibili gratitudine Theſes Theologicas quas in Germaniæ Prouinciali Capitulo publicè tuebatur, noſtræ Prouinciæ nuncupauit. Magna indoles in Reformationis opus, ſi Parca non inuidiſſet. Ex Narbonenſi, Baſilius à Sancto Thereſiâ: ex Tholoſanâ & Vaſconenſi complures. E ſuo Vicariatu M. Ioannes Launæus, qui ad Rhedonenſem Nouitiatum ſæpiſſimè ventitans: votorum ſeno-

*È Belgio.*

*Lutetiâ.*

*Ex Germaniâ.*

*Ex alijs.*

uationem, lectiones ſpiritales, culpas, macerationes, aliaque aſcetica in ſuos vſus tranſcribebat.

*Ex Aquitaniâ.* Quin etiam plura noſtri Aquitani examina miſere, & viciſſim admiſere. Adeò non abnuit olim præcipuus inter eos R. P. Thuaudus, ſemel & iterum, ad nos dum Aquitaniæ Prouincialem ageret, deffectere, meliora nobiſcum chariſmata æmulari: ſecum Turoniæ tunc Prouincialem R. P. Matthæum Pinaltum, ad Lemouices adducere: plures è ſuis ad noſtra ſtudia tranſmittere, noſtros deinceps, nec temnendâ operâ, ad initæ inter Aquitanos Reformationis ſeruitia obtinere.

Quæ quidem omnia mihi vel inuito *commemorantur*, non vt noſtros erigamus manipulos; quantuli enim ſumus, dum nihil ſumus niſi in quantum Domini ſumus? Reuera non nobis Domine, ſed nomini tuo gloria referenda eſt; (Pſ. 113.) nobis autem confuſio & opprobrium, in die (Daniel. 9.) etiam diſtricti Iudicij minax ſupplicium; ſi alijs Obſeruantiæ præcentores, nobis primò non canimus: ſi fungentes cotis vice, qui alios pridem acuimus, jam hebeſcimus; ſi foris deriuamus putei noſtri aquas, in ſinu & fonte ſteriles & aridi: ſi priores cœleſtis flammæ miniſtri, præ aliorum calore torpemus, frigemus. Abſit ergo nobis gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. (Galat. 6.)

Digitized by Google

per quem eſſe debemus mundo crucifixi, ille nobis.

Quanquam & iſta innocenti calamo effluxere, vt etiam intelligant vniuerſi, & poſteri; quanta ſemper Charitas, ceu vinculum perfectionis noſtram cum ceteris Prouinciam deuincierit: quàm benè ſtadium Religionis decurritur, dum currimus vnanimes. Iterum igitur præ modeſtiâ, & verecundiâ, (iſtud enim Chriſti Ieſu proprium decus depereo) veniam prçfatus, Heliades vbiquè admoneo; vt vno corde, vno animo ſua figant ſimul tentoria, pulchra qualiter viſuntur valles » nemoroſæ, vt horti juxta fluuios irrigui: vt ta- » bernacula quæ fixit Dominus, quaſi cedri juxta » aquas. Tunc enimverò fluent aquæ de ſitulâ » eorum, & ſemen illorum erit in aquas multas: » nec malidicentur vnquàm, ſi ſuis porrò meren- » tur virtutibus à Deo benedici. Experiebamur haud dubiè, dum vis illa quam dixi magnetica; nos inſimul in primo Reformarionis feruore attraxit, attractos ligauit, obligatos in vnum feliciter conciliauit. Numer. 24.

Ex hinc enim tam intra, quàm extra Galliam partim aliorum rogatu, partim Superiorum juſſu *miſſi* ſunt ab eo tempore è noſtris ad REFORMATIONIS OPVS; in Prouinciam Narbonæ Franciſcus Odiau, Proſper à Sancto Ludouico, Ignatus à Sancto Franciſco: in Aquitaniam, vt *Miſſiones variæ.*

etiam Priorum, Lectorumque in Philoſophiâ & Theologiâ vices explerent, P. P. Cœleſtinus à Sancto Arſenio, Ioannes à Matre Dei, Albinus à Cruce, Benedictus à S. Andræâ, Bruno à Conceptione & alij. In Prouinciam Tholoſæ, P. P. Archangelus à S. Lucâ, & Vrbanus ab Aſcenſione. In Franciæ Prouinciam præter R. P. Matthæum Pinaltum, Ignatius à S. Franciſco, Albinus à S. Sacramento, Cjprianus à S. Dionjſio. Quid multa? Exorante olim Sereniſſimâ Infante Iſabellâ, iuere in Belgium ipſe R. P. Philippus Theobaldus, Lucas à S. Antonio, Nicolaus Chaſteau, & ceteri; queis in propagando vitæ ſanctioris inſtituto, vnum illud erat in votis.

*Noſter Bapt. Mātuanus Eclog. 7.*

*Ferre per antiquos Patrum veſtigia greſſus,*
*Et veteres ſeruare vias: reuocare vagantes*
*Per valles & ſaxa greges, per luſtra ferarum,*
*Figere in antiquis iterum magalia campis.*

# CAPVT IX.

## *Quibus potiſſimùm vijs Reformatio aucta videtur, & ſtabilita.*

VERVM æquè, ac vetus verbum eſt; quibus cauſis res omnes adſtruuntur, contrarijs deſtrui. Iuuabit propterea tantiſper redire in eas RATIONES, per quas ſuccreuit inter nos ſanctior Diſciplina; vt vel præſtantiſſimis inſtitutis, abs natiuâ rebus humanis caducitate, nunquam-non imminens ruina, quantùm fas eſt præcaueatur. *Via Reformationis.*

Principiò totius Reformationis promotor reuera fuit, qui & primus Autor Deus. Inde ſuetum quoties vrgemur, ad illius *opem* magis ac magis confugere. Ideòque per Orationem quadraginta horarum, nec non frequentiora Miſſæ, ſjnaxeos, pœnitentiæ, ſolitudinis, ſilentij exercitia Chriſti gratiam propitiam facere: B. V. Marię Ordinis Patronæ, curam implorare: S. S. Ioſephi, Caroli, Thereſiæ, Mariæ Pazzianæ, aliorumque Diuorum tutelam ardentiùs efflagitare. Ac ſæpiſſimè exauditis petitionibus ſumus experti, bonorum omnium largitorem ſic dare omnibus *1. Dei inuocatio frequens.*

affluenter, & adjutorem eſſe in tempore opportuno; vt

*Spes confiſa Deo, nunquam confuſa recedat.*

3. *Beneficia potiora.*

Prętet memorata ſuperiùs exempla, aliaque ſexcenta, nouimus; prima *Statutorum rudimenta* poſt multas preces ad Deum fuſas, fuiſſe adumbrata in maximis anguſtijs. Injectum θεόθεν Illuſtriſſimo Præſidi Fouquetio conſilium, de conſtruendo Obſeruantiæ Protomonaſterio Ioſephino: quod vt defuiſſent cetera, Reformationis aſylum extitiſſet. Fundationem Pariſienſem in antiquo Billetarum loco, poſt plurima vota ſanctiſſimæ Euchariſtiæ nuncupata, prętet ſpes omnes feliciter ſucceſſiſſe. Inde ſanctior inter nos

*Exercitia pietatis.*

inoleuit *conſuetudo*, ſub annorum reuertentium: itemque Philoſophiæ, Theologiæ, grauiorumq; rerum auſpicijs; Votorum renouatione, decem dierum ſolitudine, quadraginta horarum oratione bono Deo litare: ab eoque luminum Patre, conſilium, animum, vires, robur in agendis omnibus exorare.

2. *Ordini, & Generali adhæſio.*

Cura deindè non modica ſemper fuit, *antiqui Ordinis* trunco firmiter adhærentibus, Superiores ſacra velut oracula conſulere: & ab illorum nutibus, ſecundum noſtras leges, per omnia pendere. Ceterum vt nos exhibuimus Filios obſequentiſſimos, ita ſenſimus Patres optimos. Quid enim acceptum referre non debemus poſt Pau-

Digitized by Google

lum V. & Vrbanum VIII. Supremos Pontifices, Eminentiſſimis Protectoribus, Pinello, Millino, Ginetto? Quorum ſub imperio Rerendiſſimi partim Generales, partim Vicarij Apoſtolici Henricus Sjluius, Sebaſtianus Fantonus, Gregorius Canalius, Theodorus Stratius, Albertus Mazzarius, hodiéque Leo Bonfilius; ceu ad æmulationem, res minimæ hujus Obſeruantiæ ſinceris animis fouerunt, auxerunt, confirmarunt. Documentum hîc à nobis ſtatuatur omninò triplex; prima Obſeruantiæ priuilegia, inoliti in veſte coloris demutatio, poſtrema tandem Conſtitutionum approbatio. *3. Superiorum beneficia.*

Sanè frequentibus Comitijs Romæ condictis, ann. M. DC. XXV. Non Quintil. ſub titulo Obſeruantiæ Rhedonenſis *approbati* in Ordine vniuerſo; jubemur jam tunc noſtras Conſtitutiones tjpis committere, vt alijs quoque Prouincijs cederent in normam: vnus in totâ Prouinciâ Nouitiatus indicitur; addictio Monaſterij cuique ſpecialis adimitur, & omnes indiſcriminatim Prouinciæ, & Obſeruantiæ filij adoptantur. Annuæ Congregationis jus, itidemque Vicarij Prouincialis in Obſeruantiâ acquiritur. Quòd vltimum hodièque ſuſpenſum manet, nequaquam extinctum; cunctis quippe jam vnius moris in domo, nihil à Reuerendo Prouinciali noſtris rebus extimendum. Prohibuit idem opti-

*Approbatio Obſeruantiæ.*

*Priuilegia.*

P. C. 67.

mus Fantonus, ne citra nutum Vicarij Prouincialis, Conuentus mutarent Fratres noſtri: permiſit alijs petitâ à Superioribus veniâ, tametſi non obtentâ, ad aliquem Obſeruantiæ Conuentum migrare: minùs verò idoneos, aliò amandare. Vetuit Priores vltra triennium, eodem in Conuentu perdurare: omnes demum fuſco, ſeu nigro natiuo (qui totius pridem Ordinis Carmelitarum color eſt) vbiquè deinceps indui debere, decretum fuit.

Quod alterum erga nos Reuerendiſſimi Generalis, cenſeo inſigne beneficium. Cum enim is injunxiſſet, vt omnes in veſtimentorum formâ, materiâ, colore etiam griſeo, citra varietatis notam, *Ordini & Capiti conformes* euaderent; aſſuetus ciſ-Alpes color à tincturâ niger, velut modica ſcintilla haud paruum ſuſcitauit incendium. Hujus adeò ſeu flammâ, ſeu fuligine afflati nonnulli, minùs ceteroquin iniqui: acres propterea motus ciuere tàm in Gallijs, apud Chriſtianiſſimum Regem: quàm Romæ, apud Ordinis Superiores. Verùm vt non aliter quàm ex hujus Reuerendiſſimi imperio, redieramus ad natiuum σχῆμα (quod primò induimus, in Reformatione Conuentus noſtri Pictauenſis, ipſo die Omnium Sanctorum, ann. M. DC. XXII.) ita contra ſpoliatores, juſtiſſimam cauſam obtinere non adeò fuit operoſum. Mota indè aliquandiu

*Fuſcus color, Carmelitis aſſumptus.*

inter

Digitized by Google

inter Galliæ Prouincias controuertia, expirauit tam iteratis ſæpè decretis Fantoni Generalis: quàm Placitis Ludouici XIII. ad quem nonnulli allophjli prouocauerant. Illis acceſſere deinceps cùm Capituli proximè Generalis, tûm verò Protectoris Millini autoritas eminentiſſima. Integram relationem habet curioſus Lector, in Libro eâ ſuper re conſcripto, cui titulus inſcribitur; TYPVS, SEV PICTVRA VESTIS RELIGIOSÆ.

Vltimùm à me reſeruatur, moderna noſtrarum C*onſtitutionum* per Generalem & Pontificem, ſolemnis & authẽtica confirmatio. Vidimus enim paulò ante, primas hujuſmodi Statutorum lineas, jamdiu probatas; quin etiam decretum vt politiores & elaboratæ, tandem tjpis mandarentur. Cui lucubrationi per totos decem annos & ampliùs, ab vniuerſis Prouinciæ & Obſeruantiæ Regularibus collatitiâ, continuâque operâ inſudatum eſt. Donec tandem Aureliæ anno M. DC. XXXV. Electus Prouincialis, ex decreto totius Capituli eas promulgauit per omnes Prouinciæ Conuentus, (vbi concordibus omnium votis acceptatæ ſunt) & verò vt eſſent ratæ & ſanctæ, confirmationem à Superioribus ſollicitauit. *Conſtitutionum authentica cõfirmatio.*

Eum in finem Romam miſſi ſunt P.P. Remigius à S. Monicâ, & Fulgentius à S. Barbarâ; qui inſtantibus etiam per epiſtolas Chriſtianiſſimo Rege Ludouico XIII. & Auguſtiſſimâ Reginâ

ejus conjuge, Annâ Auſtriacâ: Duce Aurelianenſi, Fratre tum Regis vnico; alijſque Regni Magnatibus, Prælatis, & inſignioribus Officiarijs, noſtro Inſtituto laudabile teſtimonium perhibentibus; id negotij per totos quindecim menſes, gnauiter executi ſunt. Nam poſt maturum examen ſæpiſſimè iteratum, ea fuit Dei optimi voluntas; vt hæ noſtræ Reformationis Conſtitutiones, primùm *approbata* fuerint à Reuerendiſſimo Generali Theodoro Stratio: ejus Conſilijs aſſiſtẽtibus admodum R. R. P. P. Ioanne Baptiſtâ de Lezana, & Thoma Boſco. Deinde poſt ſolemne pariter examen factum à Prælatis Congregationis Regularium, confirmatæ per impreſſum in ipſiſmet Conſtitutionibus Diploma, à Sanctiſſimo Domino Vrbano Papâ VIII. Qui & ex abundanti charitate, die 21. Iunij anno M. DC. XXX. in fauorem ejuſmodi confirmationis, omnibus & ſingulis noſtræ Prouinciæ Profeſſis, plenariam in mortis articulo indulgentiam concedere dignatus eſt: nec non toti Prouinciæ Turonenſi, ejuſque alumnis benedictionem Apoſtolicam impertire. Predeceſſores videlicet imitatus, in illis maximè Eugenium IV. Qui in ſuâ Bullâ declarauit, Fratres Carmelitas ad arctiorem obſeruantiam, quàm quæ in Regulâ emendatâ & moderatâ præſcribitur, occaſione profeſſionis in dicto Ordine emiſſæ, vel in poſterum emittendæ minimè

Digitized by Google

teneri. Idcirco etiam omnibus & ſingulis, qui illam eo modo obſeruarint; plenariam per Ordinis Superiores, in mortis articulo indulgentiam autoritate Apoſtolicâ concedit.

Tertium Reformationis fulcimentum, aduerti inter nos; curam, ſtudiumque *pietatis* eximiæ. Siue enim Numinis cultum ſpectes, nihil nobis antiquius; quàm ex priſco Ordinis Cœremoniali officio diuino mente, ſpiritu: ſapienter, ardenter pſallendo defungi. Hinc perennis & conſtans tum Eccleſiæ Præſulum, ac Paſtorum erga nos beneuolentia, noſtraq; viciſſim aduerſus eos reuerētia ſingularis: tum Eccleſiaſtici officij, & Cœremoniarum cura, alieno etiam conſenſu accuratiſſima. Scio equidem pleroſque tàm hujus, quàm illius ſuauiſſimâ pietate; à ſeculo, in noſtrum Rhedonenſe Collegium allectos. Scio è Primoribus non paucos, dum celebrant noſtri ſenſus pietatis hauſiſſe ſaluberrimos. Quoties vidimus ipſi, majorum Eccleſiarum Proceres, vt cœremonias oculis, cantum & pſalmodiam auribus imbiberent ad noſtra templa confluere ſolitos? Meminimus auguſtam Reginam, vltimò Medicæam; ſingulis ſabbathis, dum Andegaui demoratur, non aliam muſicam exoptaſſe. Viuitque adhuc vir Primarius, qui vrgebat laudans diuini famulatus majeſtatem, noſtris in Eccleſijs vſquequàque retineri. Quod dictum, hîc voluimus, vt ſemper in-

*3. Studium Officij diuini, & vitæ interioris.*

*Cæremoniæ, & Cantus.*

ter vtrumque Numinis cultum tuti, ex Ordinis Carmelitici genio incedamus. Eoſdem addidere ſtimulos plerique Præſules,& magni nominis Viri; qui plures dies, menſes interdum totos Andegaui, Nannetis, Rhedonibus inter nos demorati: cuncta Regularitatis officia diu, noctuque obire; Conciones in Refectorio, Oratoriove ad Fratres habere ſæpiſſimè dignati ſunt.

Sin vita inſpicitur ſpiritalis, ſeu Myſtica Theologia quam docet Spiritus vnctio; debent noſtri (& ita informantur) vouere ſe totos ſilentio, ſolitudini, ſacræ lectioni, pœnitentiæ, Orationi mentali; aliiſque analogicis eruditionibus. Quas cum lacte ſuximus in ſinu matris noſtræ, lactantibus in ceteris Ηιεροτελέςοις; P.P. Philippo Theobaldo, Ioanne Samſonio inter laicos θεοδιδάκτῳ, inter cæcos illuminatiſſimo: Dominico à S. Alberto; præter alios complures adhuc in viuis, qui ſpiritualibus mamillis lac & eſcam adeò Obſeruantiæ alumnis ſolerter præpararunt: perguntque modò in Nouitiorum Catecheſi, & proprijs Obſeruantiæ Directorijs, pro cujuſque menſurâ elaborandis.

1. Ioan 2.

*Vita interior.*

# CAPVT X.

*Fructus Obſeruantiæ quales, & aliæ ad Reformationem induſtriæ denotatæ.*

EX ijs quæ ſuperiùs recognoui, fructus Deo benedicente in Obſeruantiâ haud vulgares. Hinc nimirum, quod quartum accenſeo, debet in dies efflorescere magis, ac magis *regularis Diſciplina*: zelus erga Conſtitutiones, & Patrum conſuetudines ingens: ſeculi, & quos in ſeculo ad mortuorum exequias reliquimus fuga: tricarum, negotiorumque è prophanâ militiâ aut metus, aut pudor: iugis diuinorum, ſaltem honeſtorum occupatio: ardor paupertatis, per nudiſſimam omnium abdicationem: flos caſtitatis illibatus, à quo & præcipua noſtris modeſtia in vultu, geſtuque eluceat. *Quàm enim pretioſum*, infit Scriptor verè Ambroſius, *videre virum juſtum, vt videas eum ſecundum imaginem Dei. Iuſti ſanat aſpectus, & ipſi oculorum radij virtutem quandam inſpirant: pleriſque Juſti aſpectus admonitio correctionis eſt, perfectioribus verò lætitia; quàm pulchrum ergo vt videaris, & proſis.*

*4. Zelus diſciplinæ Regularis.*

*In Pſ. 118.*

Interim vt lampades noſtræ ſimul arderent, ſimul lucerent; Majoribus noſtris ſemper fuit



Digitized by Google

quinta, eaque grandis ſollicitudo; de *doctrinâ*, eruditione, & Sanctorum ſcientiâ Rhedonenſis Obſeruantiæ Diſcipulis comparandâ. Ideò ſtatim ac licuit, inſtituti paſſim noſtras intra domos curſus humanioris literaturæ, Rhetorices: Philoſophiæ, Theologiæ: Linguarum, Scripturæ ſacræ &c. Vnde hactenùs, Deo benedictionem elargiente, examina Hominum ſatis illuſtrium; qui docendo, concionando, confeſſiones excipiendo, Hæreticos ad gjrum Eccleſia reuocando: ore, calamo, manu idoneos ſe præſtabunt dominicæ vitis operarios.

*5. Amor doctrinæ, & ſtudia.*

Neque minoris crediderim momenti inita *ratio*, inſtar Dei iſpius (& vtinam vſquè perſeueret!) attingendi à fine ad finem forti æquanimitate, ſed per ſuauiſſimas rerum diſpoſitiones & paraturas. Oritur id diuinum opus, à *charitate* mutuâ Superiorum, Inferiorumque. Quod equidem perfectionis vinculum nectit omnes inter ſe, ſemina diſcordiarum extinguit: Hoſpitalitatis iura ſanctè, Infirmorum curam ſollicitè adminiſtrat: pacem, ante omnia fouet: etiam communi inter Conuentus omnes vectigali, accenſu miſcet opes, & egentioribus communicat; vt fratres à fratribus viciſſim adjuti, faciem habeant & robur ciuitatis munitiſſimæ.

*6. Vigor ſuauis.*

*6. Charitas mutua.*

Manauit ab eodem fonte, ſuauis illa diſpoſitio; quæ ſine vi, citràve tumultum REFORMATIONEM in priſtinos Conuentus pedetentim inſi-

Digitized by Google

nuauit. Quia enim Elogium accepimus ab optimo conſultore Dom. Andræâ Vallæo Μακαρίτη, Sorbonæ Magiſtro, illud è diuinis oraculis; *multiplicati Gentem, non magnificati lætitiam:* debent Obſeruantiæ hujus Aſcetæ vocari, dicam & cogi ad nouas Colonias. Peſſimis namque docemur experimentis, virtutem dum diuiditur, infringi: pretium (quod in gemmis ſolet, ac metallis) non molem, ponderandum: fluenta, diuergijs areſcere; minori quàm par eſt Therapeutarum numero, Diſciplinam languere, Regulares tepeſcere. Cum enim tot agendis impar Cœtus eſt, vel mole nimiâ pauci obruuntur: vel præpoſtero ordine, potiorum rerum neglectu ad exoticâ miſerè diſtrahimur.

*7. Vitanda multiplicatio.*

Iſa. 9.

Præiuit, ſi attenderemus, Dei optimi Prouidentia; quæ nos ſæpiùs nequidèm cogitantes, quò deſtinauerat ſuauiſſimè induxit. Teſtantur id in ceteris luculenter Conuentus Pariſinus, S. Ioſephi, S. Annæ, & alij benè multi. Quin etiam profunda abjſſi ſuos in vſus contorquens, & de tenebris lucem ſplendeſcere jubens Deus; voluit non raro regni illius cupidis, etiam auerſa in bonum cooperari. Sic tumultus Andegauenſis, Dolenſis calamitas: hîc Ciuium pietas, illic noſtrorum conciones, & bonus odor: alibi vetuſtiorum Patrum, Fratrumque modò conſcientia, modò ceſſio vltronea, & noſtrorum euoca-

Digitized by Google

tio ; jam mortes vel inopinæ , vel promiſcuæ; aliaque ejuſmodi , intra triginta fermè annos, oſtia vbiuis Reformationi aperuerunt.

*8. Monita ad Reformat. per vtilia.*

In quo *pretium* operæ maximum fuit rarò, (& ô nunquam!) nouos pannos veteraſcentibus aſſuere : & non niſi in optimo loco, Nouitiorum Tjrocinium dumtaxàt vnicum informare· Hos etiam ſemel & iterum altiùs introſpicere, explorare, examinare. Curas rurſus geminare , dum erudiuntur in Seminarijs , ne diffluant ad exteriora: dum ſtudijs vacant, ne ſemen inter ſpineta ſuffocatum expiret: dum varijs munijs primò, ac deinceps occuppantur , ne poſtliminiò repullulent naturæ peſtes & corruptelæ.

Apocaljp. ch. 2 & 3.

*Primordia vocationis.*

Quid enim amabo, Carmelitarum Congregationi vtile magis, quàm illæ ex Apocaljpſi ad ſeptem Eccleſias Aſiæ *Cõmonitiones*. Attendite imprimis ne excidatis, prima opera facitote, charitatem ne deſerite: ſint opera veſtra nouiſſima plura prioribus, & plena coram Deo veſtro; ne veniens Dominus, moueat candelabrum veſtrum de loco ſuo. Cauete imprimis à tepore ingratiſſimo; quos enim ſentit Deus neque frigidos, neque calidos, hos ſtatim euomit. Sed eſtote fideles vſq; ad mortem, vt vitæ coronam à juſto Iudice conſequamini. Iſthæc porrò feliciter euenient ſi vigil, attentus & intentus meminerit quiuis; qualiter acceperit, & audierit: ſeruaueritque; ad

Digitized by Google

ad extremum vſque ſpiritum, in pœnitentiâ perſeuerans.

Noſtri propterea habeant ſemper in mente, in memoriâ, in pectore, in oculis; ſuæ ad Deum conuerſionis *primordia.* Qui tunc precor, fluxarum rerum contemptus, quis ſenſus diuinarum? quantus pœnitentiæ amor, quanta ſilentij & orationis cultura? Quoties viſi optimâ proſapiâ, indole, ætate Iuuenes noſtræ Candidati Obſeruantiæ; per repulſas, opprobria, deriſiones, lachrjmas, perque omnia patientiæ & perſeuerantiæ experimenta, ſacrum ſchema poſtulare? *Ad quid veniſti?*

Admiſſis verò, vel jam primò profeſſis *quantus feruor*, æmulatio quanta? Mira profectò auſteritatis & pœnitentiæ cupido, poſt generalem anteactæ in ſeculò vitæ exomologeſim. Incredibilis erga quæque ſigillatim, Regularitatis exercitia alacritas: ad matutinas autem de nocte horas, non tam diligentia, quàm præcipitatio; quaſi primo Chorum ingreſſo, ſpeciali palmâ à Deo propoſitâ. Neq; retracto nunc virtutum exercitia per hebdomadas, & menſes: B. Virginis famulatus, paruuli Ieſu hoſpitiâ, Eremorumque ſolitudines imitatitias. Sæpiùs ſub veſperam publicis pœnitentijs, vno Crucem geſtante, duo næniam pœnitentialem deuotiſſimiè canebant; conſectanei acerrimis caſtigationibus corpus ſubigebant in ſeruitutem, vt Chriſto fierent conformes. Sum- *Feruor in Nouitiatu, & Seminario.*

mâque tum Magiſtris curâ opus, ne aliqui earum Caluarij deliciarum indulgentiam ſubfurati, vltra fas & vires efferuerent.

*In ſtudijs, & officijs.*

Applicitis verò ad literarum ſtudia, & Eccleſiæ ſeruitia in ſalute proximorum, ardor increſcit: ne in terrâ alienâ, à priſtino feruore exerretur. *Scientia* quidem excolenda, ſed ita vt charitas ædificetur, vitetur vanitas. Malum ſtatim omen, ſi quis pœnitentiæ obliuiſcitur, orationem mentalem, vel lectionem ſacram negligit: annuas decem dierum ſolitudines, celebrare omittit; nefaſque omninò, vel ambire conciones: vel has, aut illas occupationes præeligere, vel negotijs ſecularibus ſemet implicare:, vel locorum demutationes, aut aliud quiduis efflagitare; vno verbo quærere quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti.

*Vera pietas.*

*D. Bernardus vbi ſupra.*

Dicam iterum ſemel, & ex officio παραιτετικῶς; Pietatẽ totis viribus nũquam non exercere debẽt, quotquot Obſeruantiam Carmeli Rhedonenſem profitentur. Sed qualem aptè depingit Autor, in Aſceticis exercitatiſſimus. *Pietas hæc eſt, jugis Dei memoria, continua intentionis actio ad intelligentiam ejus, indefeſſa affectio in amorem ejus: vt nulla vnquam inueniat ſeruum Dei non dicam dies, ſed hora; niſi vel in exercitij labore, & proficiendi ſtudio: vel in experientiæ dulcedine, & fruendi gaudio. Hæc eſt pietas, de quâ Apoſtolus dilectum ſibi Diſcipulum admonet, dicens;* EXERCE TEMETIPSVM AD PIETA-

TEM. NAM CORPORALIS EXERCITATIO, AD MODICVM VTILIS EST. PIETAS VERO AD OMNE OPVS BONVM EST VTILIS, HABENS PROMISSIONEM VITÆ QVÆ NVNC EST, ET FVTVRÆ. *Pietatis enim non ſolummodò formam, ſed & veritatem in omnibus, & præ omnibus habitus veſter repromittit, propoſitum veſtrum requirit.*

# CAPVT XI.

## *Quanti refert Obſeruantiæ Rhedonenſis Cultores, ſuæ vocationi fideles ſe præſtare.*

IN ſummâ vix aliud quicquam ponderandum magis, quàm ipſa inter nos vocatio Carmelitica. Quanti enim faciendum ſit cœleſte beneficium, docent irrogata ſæpè vel negligentibus, vel obſiſtentibus, vel deſertoribus ſupplicia à DEO grauiſſima. *Inobſeruantes puniti.*

Recordamur ſanè, lugemuſque adhuc præclarâ ſpe *Iuuenes*, dum diuinæ voci aures cordis obturant: alios crudeli cœde, alios infelici patibulo, extinctos; pleroſque extrema inter ſuſpiria non auditi à ſe Numinis crimen & agnoſcentes, & cum-

lachrjmis deprecantes. Vnum referam haud vulgare.

*Nouitij furtum.*

Inter Reformationis exordia, nobilis quidam Rhedonenſis primam eleemosjnam erogauit vt Virginis Sacellum repararetur, nummos quinquaginta aureos. Recipienti P. Natali Mardeauxio, fortè aderat *Laicus Nouitius* penè vir. Pecuniam videt, & concupiſcit: depoſiti in camerâ minimè mali Oeconomi locum notat, & audet: clam ſurripit, & ſtrophio inuolutam in hortorum imâ parte, inter caules & vepres altè defodit. Perendiè mane ſummo, Fr. Nicolaus ab Incarnatione pergit in hortum, legumina pro infirmis collecturus. Videt procul Coruum neſcio quid croacitantiùs effodientem, aſpicit, negligit: nil vltra cogitanti, & legendis herbis ſolùm intento, auis ex roſtro ſupernè euolantis, in humeros furtum delabitur. Extemplo defert ad priorem Theobaldum, qui re cognitâ clanculatium eliminat; non multò poſt, miſerrimâ morte abripiendum.

Ipſis Obſeruantiæ initijs *oppoſuiſſe* ſe, pluribus ceſſit peſſimè. Nomina tacebo, ne tributum à mortuis exigere videar: verùm expromam, ne oblitæ Dei vindictæ prouocent audaciam. Sanè, quod moris eſt, haud pauci inſurgunt, etiam incandeſcunt ad ipſum Reformationis nomen. Sed nemo omnium Cacodæmonis inſtinctu, calcitraſſe contra ſtimulum impunè tulit. Duo dumtaxat

Digitized by Google

ſeligam in exemplum. Non infimæ ſortis *quidam*, per viginti & ampliùs annos Conuentum in Vrbe nobiliori ſic occupabat; vt nullus Obſeruantiæ, nullus vel ipſi Superiorum viſitationi pateret aditus. Seculari etiam fauore inſolens, aduerſus Obſeruantiæ Autores nefanda moliebatur. Vocante demum Illuſtriſſimo Epiſcopo, & jubente Ordinis Generali accerſitur ſecundus è noſtris tũc Prouincialis. Minas reperit, ac tumultus. Re omni per tres dies Deo, & Virgini ſedulò commendatâ: derepentè dum obluctator ille diſcedit in clauſtro à Ciue nobili, apoplexiâ correptus vix per duos menſes conualuit. Elinguem, paraljticum, quotidiè emortuum, vidét auguſtæ Ciuitatis Primores, tueri deſinunt, Reformatos efflagitant: mutus ipſe tantiſper conualeſcens, manuali ſigno perrogat; aduocantur noſtri ſupra vinginti, non multò poſt diſcedit ille. Tum ad Prouincialem, ſapientiſſimus Præſul; *macte animo, Deus incœpit proſtrato nobis aduerſario, ipſi perficite.* Et hæc qui vidit, & viuit adhuc teſtimonium perhibet veritati. Dicam quod terret magis, nec tamen certum minus.

*Oſor obſeruantiæ Prior.*

Dolenſis alumnus, ſtudiorum gradu audax; Reformationem aggredi, impugnare, concutere non deſiſtebat. Nihil contra Dei conſilium proficiens indignabundus diſcedit à Prouinciâ, recedit in aliam. Et hîc quoque ſubnaſcentis poſtea



Digitized by Google

per noſtros, Obſeruantiæ primordia ſuffocare toto niſu allaborat. Eo malæ mentis conſilio pergit in Vrbem præcipuam, vt omnes vires explicaret. Comites aderant peſſimi conſilij duo, totidem itineris. E vicino oppido egredientibus, occurrit mulier tremula: ſuadens reditum, à metu tempeſtatis proximè imminentis. Timent alij, nil veritus audacior; pergamus, inquit, cœlum haud formidandum. Lapidem vix progreſſi; denſatur nubes, fulmina, fulgura, cœlique fragor cogit ſub vicinâ vlmo latitare. Dum aſſident in coronâ circa arboris truncum, diſſiliens fulmen quaſi reos diſcriminans; primum enecat, ſecundum allambit, tertium perimit, quartum vix attingit, quintũ extinguit. Non benè redditi ſibi ſuperſtites exteri Sacerdotes duo, properant ad municipium: redeũt cum Magiſtratu, tres reperiunt non extinctos modò; ſed ita peruſtos, vt reſtaret nihil præter tres cinerum aceruos: medijſque in fauillis totidem Ordinis Scapularia, ſola flammis illibata. Figmenta nemo ſubſannet; viuunt adhuc, ſpirantque qui & viderunt, & narrantes audierunt. Externis libera ſit fides, nobis certè quibus hæc ſcribimus, certiſſima ſunt perindè ac ſaluberrima.

*Oppugnator pertinax, fulmine deletus.*

Haud meliora fata ſunt experti, qui poſtmodum *Obſeruantiæ* vel deſortes, vel quocumque tandem quæſito colore turbatores extitere. Exempla decimabo, quoniam nec ſatis placet ipſa ma-

teria, tametſi non inutilis. Primus Obſeruantiæ deſertor, poſt fœda omnia opprobrijs, ac miſerijs opprimitur. Vltimo Generali Capitulo an. M. DC. XXV. retulit frequenti Cœtu Ex-Prouincialis Italorum vnus, deſertorem è noſtris qui ex humiliori gradu Sacerdotium ambierat; quo ipſo momento ſacra Epiſcopi χειροτονία fraudulenter inſignitus eſt: mutitate & paralyſi percuſſum, ſemiviuum in lecto languiſſe ad mortem non minùs biennium. Alter fugitiuus, ad Maſſilios peſte expirauit. Sacerdotem meminimus bonæ primùm ſpei, dein à leuitate reſipiſcentem: haud procul Româ dum repente deſinit, culpam fatentem vitæ in dimidio ſublatum. Vſque adeò verè prædixit Abbas mellifluus, *à cellâ in cœlum ſæpè aſcendi, in infernum vix vnquam deſcendi; quia nonniſi cœlo prædeſtinatus, in eâ vſque ad mortem perſeuerat; quando alienum, vel ſuppoſitum abijcit à ſe citiùs, & proijcit. Morticiniũ locus ſanctus nequaquam diu patitur, ſed non aliter euomit, quàm æſtus maris cadauera.*

*Laici duo.*

*Clerici.*

D. Bernard. ad Fratres de Mont. D.

Compendio me abſoluam; nullis contra nitentibus, quicquam euenit niſi infelix, & infauſtum. Aliquot præclaræ ſpes abſciſſæ, quaſi manus cœleſtis reliquos benedicere ſueta aut retraheretur, aut clauderetur. Inde etiam ſæpè ſapientia carnis perdita à Deo eſt, & hominum prudentia aduerſus Religionem collum erigens, nunquam non confuſa. Ex aduerſo quotquot

filij obedientes, dociles ſque perſeuerant, agunt mites & pacifici; velut in jugi conuiuio bibunt aquam de puteo ſuo, ſuaſque ficus manducant, fructus terræ Carmeli optimos; quia vox exultationis & ſalutis, in tabernaculis Iuſtorum.

*Qui neque turbant, neque exeunt: pati, & feſces.*

Sub-dubitaui fateor, moleſtiſſima vlcera refricare. Faciendum tamen duxi, & ſuaſerunt alij tum Apoſtolicæ narrationis exemplo; vbi in ceteris, Ananiæ & Saphiræ ſeuerę neces propalantur. Tum verò maximè, vt diſcát noſtri: ſciant, inquam, cum Prophetâ, & videant; quia malum & amarum eſt derelinquere Dominum Deum, ejus gratias conculcare, timorem excutere, amorem paulatim extinguere. Quis enim reſtitit optimo Patri, & pacem habuit? Quanti in ſeculo, interdum & in Clauſtro laſſantur inter iniqua, ambulantes vias difficiles? Quot viuunt in amaritudine cordis, draconis felle nutriti, botriſque amariſſimis quotidiè potati? quia ad Dominum Deum, non conuertuntur in toto corde ſuo: neque ſatagunt per bona opera, certam ſuam vocationem efficere. Mihi propterea, cunctiſque alijs ingemino regium illud; hodiè ſi vocem ejus audierimus, ne quæſo corda indureſcere permittamus: alioquin qui repulſam non amat Omnipotens, in interitu quoque noſtro & implacabilis ridebit: & ἀμφοτέρας tandem inſpiciens, tarditatem pœnæ ſupplicij grauitate compenſabit.

Enim-

Enimverò ejuſmodi malis obuiam vt eatur, debet (quod vltimi moniti locum habeat) quiſque ſuopte marte ad peculiarem *Obſeruantiæ* cui dedit nomen, Spiritum aſpirare indeſinenter: pietatem vitæ totius proram, ac puppim conſtituere: ſuæ zelo Religionis & Obſeruātiæ, totum inardeſcere: Diuinæ domus decorem deperire: conſtitutos limites, ne latum vnguem tranſilire: ſtudia, ſuaque omnia ad ſacram obedientiæ libellam exigere: verbo dixerim, immolare ſe hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem. Nam de cetero Monaſtici obſequij ratio, pendet à Chriſti ſuper nos Vicarijs; quibus incumbit à præſtitutis terminis non leuiter, aut inaniter diſcedere: diſciplinam, ad communem rationem attemperare: non vltra vires onera aut ſuſcipere, aut imponere: ea demum vniuerſa ſollicitè peragere, quæ Dei miniſtros decent, & myſteriorum diſpenſatores.

*Quid debeant Carmelitæ.*

Reſtat ex antedictis, Turonenſem Carmelitarum Prouinciam inter ſeptem Gallicas vltimam, durare jam à ducentis & ſexaginta annis. Natam in illius meditullio Rhedonis Obſeruantiam annos ante quadraginta, ad optimam diſciplinam hodièque elimari. Noſtra tandem intereſſe plurimum impetrare à Deo, vt dignetur memor eſſe Congregationis, quàm poſſedit ab initio. Et æqui, bonique conſulendum; ſi ſuſceptæ aliorum rogatu præſenti tam Prouinciæ, quàm Obſeruantiæ

*Epitome dictorum.*



Digitized by Google

*Propoſitio dicẽdorum.*

*Delineationi* attexo velut tabulam; quâ Conuentus ſinguli, Alumnique omnes ſeu viui, ſeu vitâ functi ab inſtitutâ propemodum Rhedonenſi Obſeruantiâ, ſigillatim denotentur.

# CAPVT XII.

## *Conuentus Rupellenſis ſors diuerſa.*

*Rupella.*

RVPELLA Vrbs eſt in finibus Santonum & Pictonum, ad Oceanum Britannicum ſita: olim & pietate celebris & opibus, nobilique emporio. Hæc dum tota paſſim Aquitania, ad natiuum Principem redit, circa annum Dom. M. CCC. LXXII. imperij Anglici parum patiens quà armis, quà animis in ditionem Gallicam ſe ſe vendicauit. Inde à noſtris Regibus, condecorata multis priuilegijs. Verùm circa annum M. D. LXX. prima Caluini venena concipiens, primæuæ Religionis oblita: nouas, adulterinaſque fabulationes (quas à Lege Dei Impij narrabant diuerſiſſimas) conſectata: cum Catholicâ Religione, exuit quam Principi debebat Reuerentiam. Vnà ſimul perduellione inſignis, ſicut cuiuiſuis generis mercium portus: ſic perfidorum, perditorumque effecta eſt ſecura ſtatio, tutumque

*Hæreſi occupatur.*

Digitized by Google

refugium. Inde in Chriſti Sacerdotes, in viros Religioſos, pioſque quoſlibet graſſari, furere, debacchari: eoſdem mactare, trucidare, diuexare exclusâ omni humanitate didicit. Inter ceteros noſtrorum Carmelitarum major pars Martjrio reſplendens, cœli palmas meruit adipiſci. Sacra mox diripere, deuotas Deo, diuiniſque obſequijs Ædes vel penitùs conuellere, vel prophanis vſibus addicere; neotericæ Sectæ pars fuit præcipua.

Nec pepercit noſtro Cænobio, in *Perroti* plateâ dudum florentiſſimo, effrænis rabies. Quippe poſt illius euerſionem jam ſub Henrico II. poſtque impias datatim licitationes, ſubhaſtationeſque illicitas: vino, annonæ, alijſq; vilibus mercimonijs recipiendis, domos quaſdam triſtes diruti Monaſterij reliquias deuouerunt. Vſque adeò vt cum Prophetâ elugere non ſit nefas; *Deus venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam. Diſperſi ſunt lapides Sanctuarij, in capite omnium platearum. Tunc viæ Sion luxerunt, eoquod veniret nemo ad ſacras ſolemnitates.* Quanquam diuino vindicante Numine, ægrèque ferente domum chariſſimæ Matris fieri negotiationis officinam; prophanę merces, igne non ità multò poſt abſumptæ ſunt. Vnde locus ipſe vulgò appellatus eſt ab hæreticâ Gente, *Maledictus.* Ac deinceps audente nemine, priuatas in eo domos moliri: conſtruen-

*Conuentus in vico du Perrot, dirutus.*

Thren. 4.

Thren. 1.

*Fulmen expiatoriũ.*

do templo, quod vocant, ſeu potius Cathedræ peſtilentię, pro aduenis & exteris fuerat deſtinatus.

*Pſ. 1.*

Abfuimus à tam nefandâ impiorum colluuie Deo, Regibuſque infeſtâ; donec *Ludouici XIII.* pietate, iuſtitiâ, fortitudine confractâ perfidorum audaciâ: neutiquàm Anglo in auxilium, miſſis claſſibus plurimis, opem ferente; tandem poſtliminiò auitâ Religione, & priſtino Dei cultu reparatis, Chriſtiani-Catholici victores rediere. Contigit id miraculum ſub feſtum omnium Sanctorum, anno M. DC. XXVIII. præbuitque Eccleſię, præſertim & Galliæ materiem publicæ lætitiæ, elogiorum verò ſegetem ſanè infinitam. Inſcriptum arcui triumphali, hîc credo adſcribi commeretur ad poſteritatis memoriam. *Fuſis terrâ, marique Anglis, fractis Sectariorum partibus, victâ ſubditorum rebellantium pervicaciâ, vero veri Dei cultu reſtituto: Oceano compedibus vincto, Rupellâ in deditionem acceptâ (dubium majori clementiæ, an fortitudinis exemplo) Regibus, ac Principibus fruſtrà coniurantibus; victor exercitus D. O. M. & Ludouico XIII. Galliarum, Nauarræque Regi inuictiſſimo, pio Iuſto, triumphatori hoc monimentum ſacrauit.*

*Expugnat Ludouic. 13.*

Nec poſtremi noſtri Carmelitæ, qui durante pluſquam annuâ obſidione, Regis ſui Equeſtribus copijs pro Eccleſiaſticis ritibus aſtiterant; in proprios lares reditum exorant. Obtinentque ſub

Digitized by Google

formulâ non reſtitutionis modò, ſed etiam *noui doni*, an. M. DC. XXXIII. Regis diplomate, nec non Supremæ Curiæ Senatuſconſulto. A quo tempore caducam hæreditatem repetentes omni conatu enituntur, ſi quâ ope diruta reſtituere: & eâ quâ antiquitùs majeſtate Deo, Virginique de Recuperantiâ valeant famulari. Sperant nimirum à paruis principijs, paruoque Sacello quod mox extructum fuit: multâque jam Plebis præcipuè tam indigenarum, quàm forenſium mercatorum deuotione frequentatur; amplam Ædem ſacris officijs venerandam, poſſe aliquandò conſurgere. Anno deinde M. DC. XXXVI. V. Nonas Octobris, in planitie vbi olim mœnia munitiſſima, jam ſeges & pomeria: amplum hortis ſpatium, nobis donatum eſt; dono & inſigni liberalitate Illuſtriſſimi Domini Ducis *San-Simonis*, in Comitatu regio præcipui Palatini.

*Reſtitutio facta Carmelitis.*

*Horti ſolum donatur.*

Faxit Deus, vt gloria ſecundi hujus Cœnobij, amplior adhuc euadat quàm primi! Saltem deinceps fide indubitatâ *fundatorem* agnoſcemus ſupra victorem, triumphatorem Ludouicum XIII. Regioſque ſucceſſores. Nam à primâ inſtauratione, titulum illum diſtrahebant inter ſe partim Equites Templarij, partim Ciues ipſi Ruppellenſes. Vnum conijciendo ſimile vero fit, aduectos è Palæſtinâ in Angliam Carmelitas per Generoſos Equites Ioannem Veſquium, & Richardum Gre-

*Rex fundator.*

*Specul. Carmelit l. 9. c. 3.*



Digitized by Google

ium; hinc trajeciſſe, in Galliam Aquitanicam, an. circiter M. CC. LXXXXIV. Ibique ſucceſſu temporis, in loco quem nominabam ampliſſimo, Ciuium liberalitate, & Superiorum permiſſu domum magnificam in honorem Virginis excitaſſe. Quæ pulſis in ſuum orbis angulum Anglis, noſtræ Turonenſi Prouinciæ quia viciniori, optauit annumerari. Eâ tamen pactâ lege, vt in Conuentuum Catalogo primas ſedes obtineret. Tametſi credatur haud perperam, Conuentus Ploërmelenſis in Aremoricâ erectus, tribus & viginti retrò annis; cum ſtrenuiſſimus Britanniæ Dux Ioannes I. & II. illuc è Carmelo memoretur Patres noſtros ſecum adduxiſſe, an. M. CLXXI.

Prior ſedes fuit ad duo molendina.

Ceterùm dum paucis ante annis, effodiuntur hinc, inde rudera diruti Conuentus; medio in vico, crjpta reperta eſt ſubterranea, in quâ oſſa noſtrorum jacebant quamplurima: integris adhuc veſtibus, maximè Scapularibus; cum dejectis à prophanâ Gente, Sanctorum imaginibus. Quod dum curant P. P. Michaël ab Aue Mariá, & Benjaminus à Sancto Petro; non mediocrem admirationem concitauit vniuerſis.

Digitized by Google

# CAPVT XIII.

## *Conuentus Andegauenſis fundatur, & reformatur.*

PRIMA Carmelitarum Andegaui commoratio extra vrbem fuit, vbi hodièque veteris Caſæ veſtigia ſuperſunt nulli ignota. Verùm quo ſeculo, quibuſve annis in eam Galliæ partem aduenere, non indicant monumenta ante annum D. CC. LXXXXIV. Poſſident nunc relicta rudera Illuſtriſſimi Principes Guimenæi, Petri Rohani Domini Gienſis munifica ſoboles, quorum clientelâ etiamnum decoramur. Illud certè indubium ex Bullis Clementis VI. Auenion. x. Aprilis, an. M. CCC. LII. & M. CCC. LXV. conſcriptis, intra inclytæ Ciuitatis mœnia fuiſſe receptos; Renato poſteà Siciliæ Rege, Duceque Andium ſolum non tàm extruendo, quàm ampliando Cœnobio regiâ liberalitate conferente. Quod ſenſim indefeſſis Carmelitarum laboribus, collectiſque à Fidelibus tantæ pietati ſubſidijs, ad complementum vſque fuit extructum. Ejus porrò tranſmigrationis cauſa non improbabilis, acre bellum, quod pro minoris Britanniæ Ducatu inter Ioannem Monfor-

*Duplex ſedes.*

Digitized by Google

tium, & Carolum Blæſenſem diutino marte & cruento, vicinos quoque Andegauos mali contagione infeſtabat.

Collatis itaque partim elemoſjnis, partim beneficijs paulatim moles extitit, qualis hodiè viſitur ampla & amœna. Extat præcipuè *Sacellum* Virgini Matri, vulgò de Recuperantiâ dicatum: ob miracula quæ frequenter patrata fuerunt, fiuntque quotidiè inter Andinos percelebre. Appenſa Fidelium vota tanto numero, vt vix auguſti loci ſpatijs capi valeant: certam faciunt fidem emiſſis illic precibus Cœlorum Reginam propitiari, cœleſtem opem piè ſupplicantibus non deeſſe. Nam inibi eſt contueri captiuorum vincula, rediuiuorum linteamina, claudorum fulcimenta: multas præterea cereas imagines, aliaque ejuſmodi indubitata ſuperni auxilij argumenta. Ex quò maximè Caluiniſtarum ſeculo, mirandum quid euenit.

*Sacellum B. V.*

Hæreticorum armata manus, Arcem intercipiens Andegauenſem, vicina quæque: noſtram ante alia Eccleſiam, ſpe Theſauri allecti expilarunt. Sacrilegorum vngues præuerterat Ædituus, donaria quæque ſpecu recondens. Illi œſtro perciti, rabiem exonerant ſuper Virginis imagine lapideâ. Solo proſternunt, ictibus appetunt, contundunt: illæſam nihilominus niſi tantillùm in manu alterâ, per cænum & lutum raptatam in

proximum

proximum hortis flumen demergunt. Manſit ſub aquis Statua, donec intumeſcente vt aliquando ſolet Meduanâ; viſa eſt à multis dum ad primam Miſſam properant, fluctibus innatans januæ Sacelli Virginei appulſa.

Pone à dextrâ hujus Baſilicæ, oculos prouocat & admirationem *Altare majus*; adeò materiâ certante cum artis induſtriâ, marmore, jaſpide, iconibus pictis, ſculpitiſque ad miraculum clareſcit. Debetur noua ejuſmodi ſtructura, pietati ſimul & munificentiæ Illuſtriſſimi Equitis Charnaſſæi; qui vltimis codicillaribus tabulis cordis ſui, ſuæq; Vxoris clariſſimæ conditorium optauit in Sacelli miraculoſi, majoriſq; Altaris intercapedine. Illic tabulâ marmoreâ proſtat Epitaphium, quod Ηρῶι togâ, ſagoque celeberrimi encomia paucis complectitur. *Altare majus.*

PIJS MANIBVS
ET
NOBILISS. CONJVGVM
HÎC CORDA JACENT;
ANTE ORE, MORE, AMORE, CONNVBIO TANTVMNON IDEM:
NVNC VNA IN VRNA, ET IN PVLVERE IDEM.

*Epitaph. D. Charnaſſæi.*

*ALter, Hercules eſt Charnaſſæus, qui Ioannem Brezæam ſui dimidium, parem alteram ſine pari*

*videns in limine nuptiali tabe exanimatam: ipſe illicò penè exanimis quinque annos dimidio corpore exanguis & elinguis, elanguit; cetera dimidius, ac mœrens vixit. At ſingulari vixit Virginis beneficio, minore ſui parte reſtitutus: ſed lucis ac vitæ exoſus, voluntariè exul, & nonniſi Orbe luſtrato redux, ſuis luſtrationibus illuſtrior factus: demum pro ſalute Galliæ apud Reges & Confœderatos Regni Principes, legationibus feliciter functus;*

*Proh humanas vices!*

*Dum inſtat obſidioni Bredæ mox capiendæ,*
*Ipſe hoſtili glande capitur, rapitur:*
*Solo immaturus, non Cœlo.*

*Præceſſit illa* 23. *Febr. an.* M. D. C. XXX. *Acceſſit iſte* I. *Septembris* M. D. C. XXXVII.

*Vale viator, & benè ipſis, tibique apprecare.*

M. S.

*Theſaurus Reliquiar.* Locuples juxta Sacriſtiam pulcherrimam, æquè & ornatiſſimam *Sacrum Conclaue* conditur. Vbi thecis aureis, argenteiſque ſacra Diuorum pignora religioſiſſimè incluſa aſſeruantur. Viſuntur inſuper lampades argenteæ, calices perplures non vulgaris cælaturæ: multa ejuſmodi ſupellex, nobiliaq; monumenta Andinorum pietatis in Deum, Deiparam, Diuoſque omnes. Auget quoque Sancti Gaſophjlacij venerationem, paruum ſacri Ordinis *Scapulare*; quod cum multos annos inter conditi cadaueris ſaniem integrum remanſiſſet, dum an. M. D. C. XX. Andinæ mulieris honeſtiſ-

*Scapulare.*

ſimæ ſepulcrum de nouo aperitur, repertum eſt planè prorsùs illibatum. Inde adeò conſultis in eâ re expertis, Iudicum, Superiorumq; decreto, velut in miraculi ſpeciem conſeruatur.

Nec cedit tot munerum ſplendori, in capſulâ honorariâ ſub ſepulcrali lapide, venerandum B.V. IOANNIS SORETHIJ, olim Ordinis Generalis corpus. Conditum an. M.CCCCLXXI. ſpiratque adhuc tanti Viri odor, qui in Ordinis ſibi commiſſi Reformatione occumbens: virtutes poſteris ſuis imitandas reliquit, quales deſcribuntur in illius Vitâ, ab ejus itineris Socio priùs exaratâ: & ante viginti annos ab vno è noſtris recognitâ, & illuſtratâ. Conſtanti certè famâ ad optimi Generalis cineres, puerulum reuixiſſe: latomum caſu membra perfractum, illicò perſanatum: mammillare mulieris carcinoma deſijſſe, hjdropici inter nos Sacerdotis ſcaturigines exaruiſſe; aliaque non indecora memorantur. Magnum Patrem in vota vocare haud ducit religioni noſter Virgilius, reuera Mantuanus funebri Carmine; quo laudes Μακαρίτου illius proſequitur, ſequenti Elogio Thrithemij comprehenſas.

*Sepulcrum B. V. Sorethij.*

*Joannes Soreth quintus & viceſimus Prior Generalis, vir in diuinis Scripturis doctiſſimus, & ſecularis Philoſophiæ non ignarus: ingenio ſubtilis, eloquio dulcis & clarus, vitá & conuerſatione deuotus, & ſingulariter religioſus & ſanctus. Carmelitici Ordinis decus, gloria,*

*ſplendor & Reformator qualem noſtra rarò viderunt ſecula, rariùs cernent ventura; totus Deo deditus, totus lectioni & orationi intentus: contemptor mundi, amator, norma & ſpeculum monaſticæ conuerſationis; Angelicæ puritatis imitator, virtutum cuſtos, vitiorum acerrimus hoſtis.*

*Reformatur.* Exantlatis difficultatibus nonnullis, ab anno M. DC. X. *Oſeruantia* Rhedonenſis Andegauum tranſlata, in illo celebri Monaſterio firmiſſimas tandem poſuit radides, anno M. DC. XV. Recens Inſtitutum poſtulantibus Vrbis Andinæ Proceribus tàm è Clero, quàm è Magiſtratu: curantibus, vt imminenti malo obuiam iretur, P. P. Ludouico Carpentario, Philippo Theobaldo, Franciſco Odiau, alijſque ſubindè; jubente demum, & confirmante Reuerendiſſimo Patre totius tunc Ordinis Generali, Sebaſtiano Fantono.

*Electiones Priorum.* Vide ſupra Caput. 7. Hinc Conuentus tam in Pouinciæ, quàm in Obſeruantiæ Cathalogo & ſerie, numero *ſecundus* deputatur. Senſit etiam ſemel, & iterum nonnihil difficile ac varium, in *Superiorum* electione. Nam initiò miſſum à Definitorio Priorem abnuút Conuentuales, & eligendi jus conſeruant per Reuerendiſſimi Fantoni ſententiam. Poſtmodùm ſecùs omninò euenit, ſub R. R. Stratio & Mazazrio. Diſcriminis cauſa, temporum & jurium inæqualitas. Vix cœptâ Reformatione, vigere profectò debuit Bulla Callixti in fauorem Obſeruantiæ:

Digitized by Google

jam per Dei opem Reformatione per omnes Conuentus abſolutâ, quamdiu perdurabit, totius Prouinciæ ratio præ ceteris dubio procul habenda eſt. Priùs ſoli Definitores quatuor, aut quinque naſcentis Obſeruantiæ ſemina potuiſſent abolere: in altero caſu Gremiales ſimul omnes Prouincialis Capituli (nunquam minùs quinquaginta) norunt credo, quid magis conducat publico bono, priuatoque; nec tot è totâ Prouinciâ ſelecti prudentiâ & integritate inſignes, decipi poſſunt, nec volunt decipere. De cetero quia factum vtrumque ceſſit in exemplum, ſpectatque πολιτείαν, ſeu regimen Monaſticum; non pigebit retuliſſe, quod ſapiens æquè ac pius noſter R. DE LEZANA, quarto ſuo Regularium Tomo duxit inſerendum. Sic igitur memorat dub. 8. Relection. num. 8.

*Commiſſarij Apoſtolici (inter quos erat Generalis Stratius) deputati pro examine Statutorũ Prouinciæ Turoniæ, quam perfectè reformatam nouit totus Ordo; limitarunt articulum, in quo dicta Prouincia ſtatuerat electiones Priorum fieri debere à Conuentibus. Ita ſcilicet, vt poſſet Definitorium Capituli Prouincialis, legitimâ de causâ non confirmare Priorem electum à Conuentu: & tunc ſubrogandus in locum non confirmati, eligeretur à Capitulo Prouinciali. Et licet pauci quidam contra dictam Prouinciam id humiliter acceptantem, litem excitaſſent, contendentes hujuſmodi electiones remitti debere ad Conuentus: ſententiâ tamen in iudicio contradictorio datâ, per Re-*



Digitized by Google

*uerendiſſimum Generalem Maſſarium ; pronunciatum fuit, eas non Conuentibus remittendas, ſed à Capitulo Prouinciali faciendas. Quæ quidem ſententia vt æquiſſima, fuit ab Eminentiſſimo Domino Protectore : & poſteà à Sede Apoſtolicâ confirmata, die 2. Iunij* M. DC. LXIII.

Ceterùm à primariâ quam dixi Reformatione, Familia Andegaui Carmelitarum claret pietate & doctrinâ ; vt pote nobile ſacræ modo Theologiæ, modò Philoſophiæ domicilium : & viridarium pluſquam quinquaginta Fratribus conſitum, ſiue morum probitatem, ſiue diuinas litteras ſpectes conſpicuis. Vnde & magnâ animi voluptate ab exteris, præſertim cultioris ingenij viris, iniuſitur noſtrum hoc Muſæum ; omnium in incljtâ Vrbe Ordinum, in primis verò Illuſtriſſimorum Antiſtitum protectione & beneuolentiâ notiſſimum.

*Bibliotheca.* Nec minori oblectamento Bibliotheca diues & perampla, cujuſuis Diſciplinæ voluminibus inſtructa datur conſpici in ædium parte nobiliori.

*Meminit hujus Biblioth. P. Ludouicus Iacob. c.87. Bibliothec. public.*

*Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat vſque tueri.*

Nam quod lemma apud Mauburuum Godenſis appendit Bibliothecæ Victorianæ, noſtræ Andegauenſi adſcribi quid vetat ?

*Qui tibi Grammaticos, qui Rhetora, quique Poëtas,*
*Siue Machaonis viſere quæris opem.*
*Siue libet Sophiæ textus, ſeu geſta priorum*
*Et legere Hiſtorias, huc ſine fraude veni.*
*Quidquid Academij quondam Schola potulit horti,*

*Seneca quidquid agit, ſeu Plato doctus habet.*
*Quidquid Eraſtothenes, Apuleius, & Ptolomæus*
*Diſſerit orthogono, tum digito, atque palo.*
*Quidquid Ariſtoteles frænandis tradidit Argis,*
*Seu ſacra Iura docent; hîc reperire licet.*

---

# CAPVT XIV.

## *Regia Carmeli Turonenſis paraturâ.*

IN ſuburbijs Turoniæ Ciuitatis iuxta Ligerim amœniſſimæ, non procul à Pleſſçâ Regiâ diu noſtri Inſtituti Homines ſolùmodò habuere Hoſpitium. Quovſque donante Dom. Reginaldo Gaſtinello Sacerdote illuſtri, ſub an. M. CCC. III. Philippi Pulchri æuo, in Sacello vulgò Beatæ Virginis de Pietate nuncupato, ſacris operari: domunculaſque iuxtà poſitas, quò commodiùs Populi ad præfatum Sacellum accedentis zelum fouerent, cœperunt habitare. Quod antiquum, primumque *Sacellum* in memoriam accepti beneficij perdurans, miraculis famoſum; magno Populi concurſu frequenter hodièque, ferijs præcipuè ſextis inuiſitur. Sed circa annum Dom. M. CCCC. LXXIII. Ludouicus XI. Princeps erga ſacram Virginem, ejuſque Ordinem Carmeli-

*Duplex commoratio.*

*Sacellum Dom. Pietatis.*

Digitized by Google

ticum ſummæ venerationis; Eccleſiam, Secretarium, Clauſtra, Dormitoria extruxit Regio animo, inſtruxitque reditibus haud contemnendis: qui tamen magnâ ex parte, ſequenti temporum calamitate perierunt.

*Regia fundatio.* Regiæ liberalitatis *occaſionem* haud illiberalem, nec ingratam relatu Majorum traditione accepimus: firmantque ſatis regia tot erga nos, hoc loci beneficia. Fugienti ob domeſticas lites è Patris Caroli VII. aulâ, Ludouico tunc Franciæ Delphino: obuius è noſtris quidam, pulcherrimâ ſpecie Iuueni, licet ignoto equum & pecunias quotquot habebat, ſuggerere nihil moratus eſt. Oportuni auxilij memor ſimul ac Paternam hæreditatem creuit Ludouicus, regias vices rependere conſtituit. Indicto igitur Auguſtæ Turonum omnium Ordinum publicò Conuentu, illum è noſtris aduocat quem ſenſerat benefactorem. Nec ſatis agnitus à Fratre verecundo, prodit ſe tandem: omniaque in ſtructuram, & decus anguſtiſſimi hactenus Cœnobij, Rex pollicetur. Creditus etiam eſt Princeps pientiſſimus, ſpecialem quâ incaluit erga Deiparæ cultum deuotionem, hauſiſſe: auxiſſe ſaltem, è frequenti noſtrorum contubernio; maximè fomites admouentibus tot miraculis, quæ tunc in illo D. Pietatis Sacello increbreſcebant. Regium exemplum imitata eſt illuſtriſſimi Arturi Montoleonis Rohani,

Ar-

Archiepiſcopi tum Burdigalenſis : aliorum que Aulicorum,vt ſolet,pietas æmula. Vnde opes Monaſterio amplæ, verùm ab hinc magnam partem expilatæ. Quanquam regio in Conuentu, floruit ſemper inſignior numerus Regularium noſtrorum; donec anno M. DC. XXXIII. Rhedonenſi *Congregationi* Turonenſe hos Cœnobium adjunctum, cepit nouo feruore noſtris Viris Religioſæ diſciplinæ Academia eſſe. Vbi ſeriò & incunctanter, per omnia virtutum ſtudia, nobiles Aquiliæ ad ſublimes volatus exercerentur. *Reformatur.*

Sanè quidem jam ab anno M. DC. XV. cum frequentibus è totâ Prouinciâ Comitijs, adeſſent quindecim Obſeruantiæ Cultores, accerſiti è vicino Andium Conuentu, aucturi pro parte Capituli decora : tot pietatis & doctrinæ ſpecimina ediderunt, vt publicis ſuffragijs, Primates Turonum, Plebſque vniuerſa ejuſmodi Obſeruantiam in ſuo Conuentu poſtularent. Sed vota, ſpeſque deluſa. Immò ob Prioris, quem ante paulo retuli, Andegauenſis nominationem contra tunc Obſeruantiæ jura, effluxit ſapiens conſilium ; vſq; ad annum quem dixi M. DC. XXXIII. Tum enim aſſumpto à Prioratu Turonenſi ad Pariſienſem Maubertinum, M. Franciſco Potierio ; concordibus eligentium calculis, ſuffectus eſt P. Hilarius à S. Ioanne; cuicum Colonia è noſtris frequens, Princeps ſubijt Monaſterium.



Digitized by Google

Quânam porrò de causâ ab iſto *nomen* in totam Turoniæ Prouinciam deriuatur, tanti non eſt vt ad meliora properantes detineat. Auulſis à Franciâ, erat è Primoribus: occupat fermè aliorum meditullium, commodùm hinc, inde per Ligerim iter eſt: Regiâ Ludouici XI. munificentiâ eminet; ſcrinium erat Prouinciæ, priuſquam Αρχᾶια Andegauenſi, Nannetenſi, ac Rhedonenſi ſeruanda traderentur; & quod non mjnimum reor, in Vrbe Metropoli collocatur.

*Ab eo nomen Prouinciæ.*

# CAPVT XV.

## *Conuentus Ploarmelenſis, in Armoricâ Primarius.*

EX Monte Carmelo rectâ ad Armoricos creduntur adducti Carmelitæ, *primi* Armorici ſoli cultores; à Ioanne I. Britonum Duce, ejuſque primogenito Ioannne deinceps II. Dum redirent ambo cum ſuis copijs, è ſacro in Sjriâ contra Mahumetanæ ſectæ Saracenos bello, anno circiter M. C C. L X X X. Prima per duos & triginta annos Aduenarum ſedes fuit (vt ſemper Eremos * cogitabant) in Vrbis ſuburbio; vbi modo publicum Noſocomium, ſeu Hoſpitale olim Sacellum D.

*Primi in Armoricâ Carmelitæ.*

*Ex Regula Ro.

Digitized by Google

Annæ nuncupatum. Nam ibi etiamnum viſuntur ſpeluncæ, in *Cellularum* ſpeciem anguſtæ; quales extant in Clauſtro inſignis Abbatiæ, S. Victoris Pariſienſis: & in veteris Sacelli pariete depicti Patres noſtri, Carmelei tunc habitus *colorem griſeum*, ſeu rufum: cappæ verò, ſiue pallij formam albo griſeo-natiuo (quem modò in tunicâ, & ſcapulari gerimus) diſtinctam, ſeu variegatam repræſentant; ſimiles omninò qui olim in ſacrâ Principum Borboniorum de Monpenſiero Champinenſi Capellâ, à Sanctiſſimo Rege Ludouico in Galliam aducti depingebantur. *Veſtis verſicolor.*

Tranſlatis deinde Dux inclytus peramplum, ſplendidum, omnique parte abſolutum anno M. CCC. III. ad Vrbis mœnia erexit *Monaſterium*: dotauitque haud ſpernendis cenſibus, in viginti quinque Virorum annonam. Fundationem natiuo vetuſtiori ſtilo tranſcribi, Lectorem fortè non pigebit. *Tranſlatio.*

*A tous ceux qui ces preſentes lettres verront & oiront, Jean Duc de Bretagne, Comte de Richemont, ſalut en noſtre Seigneur. Nous faiſons ſçauoir à tous, que nous en l'amour de Dieu, & de ſa ſainte Mere, & pour le ſalut & remede des ames de nos Anceſtres, de nous, & de nos ſucceſſeurs, & de tous nos amis. Auons fondé vne Egliſe de l'Ordre de Noſtre-Dame du Carme, en noſtre Ville de Plo-armel, en la Dioceſe de S. Malo. Et nous auons donné, & donnons en pure & perpetuelle aumoſne és* *Fundatio.*



Digitized by Google

*Freres qui là ſont, & ſeront à faire le ſeruice de noſtré Seigneur en ladite Egliſe. Et deſquels Freres y doit auoir juſques à vingt & cinq demeurans d'icy en auant, le lieu ou la place, ou ladite Egliſe, les maiſons & les édifices, & tout le pourprin d'enuiron, dont leſdits Freres auroient entré en poſſeſſion & ſaiſine. Apres nous donnons & octroyons auſdits Freres de noſtre auſmone pour ladite Egliſe, & leſdits édifices maintenir, & pour le viure & ſouſtenance d'iceux pauures Freres, cent liures de monnoye courante en Bretagne. Leſquelles ils ont, & prendront à touſiours-mais chacun an, à la Feſte de la Natiuité Noſtre-Dame; ſur toutes nos rentes & leuées de noſtre-dite Ville de Plo-armel, & fait le Jeudy auant le Dimanche de Paſques-fleurie, l'an de noſtre Seigneur* M. CCC. III.

Ex quo apertè relinquitur, Conuentum hunc inter Gallicos in antiquioribus reputandum. Certauerit etiam fortaſſis, ſaltem pro fixâ & conſtanti ſede, cum Pariſino. Videlicet referente Gaguino, alijſque non obſcuræ fidei Hiſtoriagraphis; San» ctus Ludouicus ex Monte Carmelo deduxit vi» ros Religioſos, quos à monte ipſo Carmelitas di» cimus; quibus apud Pariſios locum, Eccleſiam» que attribuit. Priùs nimirum ad portam Barratorum, vbi jam inter Cæleſtinorum moles reſtant noſtrorum λείψανα: poſtremò ad Plateam Maubertinam, credo vt eſſent Sorbonæ vicinio-

res tranſierunt, an. M. C C C. X I X. ſub Hutino Ludouico.

Interim vt fert ſeculorum ineluctabilis viciſſitudo, an. M. D. LXXXXII. furentibus inciuiliter ciuilibus, atque inteſtinis bellis; funditùs euerſum fuit tam conſpicuum Ploarmelenſis vrbis, agrique ornamentum Quo in caſu duo notatu *digna* euenere. Iuſſus Miles à Præfecto, incendium Monaſterio inijcere; moriar potiùs, audacter infit, quàm Dei Matris Delubrum temerare. Pium Militem, Dux impius gladio tranſfigit; at ille animam vomens cum cruore, facto ad Beatam Virginem voto, per duos dies retinuit; donec ritè receptis Eccleſiæ Sacramentis, ſuo ſanguine Chriſtiparæ honori litauit. *Miracula in euerſione Monaſterij.*

Inſtante nihilominùs Tribuno, Monaſterij direptionem; proſternuntur imagines tùm B. Virginis, tùm Sororum trium: quarum vna librum manu prætendebat, cujus in albo impurus ganeo auſus eſt obſcæna verba depingere. Nocte ſequenti, ſenſit ipſe, videruntque Commilitones; furijs actum, è cubili per feneſtras vociferantem præcipitari. Deſperatum vix lecto attinentes, Puella diuini oris minitans increpauit; juſtæ Nemeſi pœnas luiturum, ni prophani ſceleris pæniteat. Timet ille, pollicetur. Sed Deo mentiens, eodem ipſiſſimo die anni euoluti damnatur is ad patibulum; & jam, jam infelici reſte, ſuffocandus, ex- *Erat in nocte S. Catharin.*

clamat, ſe juſtâ Numinis vindictâ in pœnam polſ-lutæ imaginis ad vltima damnatum.

Pace tandem Gallis redditâ, & exactâ bellorum hjeme, pietas reuixit: inceſſitque Ploarmelenſium *Ciuium* animos conſilium publicum, quo ineunte an. M D. C I. ſummâ liberalitate, dirutam Eccleſiam, integrumque ferè Monaſterium à fundamentis erexerunt, inſtaurarunt: &ad priſtinum decus, quin etiam àd majorem ſplendorem perduxerunt; quod ſupereſt ædificij magnâ ſollicitudine, continuâque munificentiâ perficere enitentes.

*Reſtauratur.*

Cœnobij ſtructura perpulchra, Eccleſiæ moles viſenda; ornatur præſertim pluribus marmoreis monumentis Illuſtriſſimorum D.D. Deruallij, de Bellomonte, Lauallij, de Montalbano Sjluæru-penſi, & aliorum. In primis verò Britanniæ Ducum. Sanè relatus ſuprà, nec vſquam Carmelitis tacendus Ioannes II. cum pluſquam ſeptuagenarius Lugduni, an. M. C C C. I I. in Clementis V. Pontificijs M. inauguratione, religioſo & pompatico famulatu fungeretur: per muri ruinam eliſu, non ita multò poſt elatus eſt in ſuum Ploarmelenſe Monaſterium; vbi jacet ſub eminenti marmore cum ſimplici epigraphe, & citra ambitum ſincerè Chriſtianâ.

*Epitaph. Ioan. II.*

*Cy giſt Iean Duc de Bretagne, qui trépaſſa à Lyon ſur le Roſne, le Ieudy des Octaues de la S. Martin*

Digitized by Google

*d'Hyuer, l'an* M. CCC. II. *Priez Dieu pour l'ame de luy.*

Collapſa ciuilibus motibus diſciplina *reuixit* in hoc Conuentu, anno M. DC. XIIX. Quo ſub initium Quadrageſimæ, poſtridiè Kalend. Mart. Religioſorum prudentiâ, Ciuium poſtulatione; cum auguſtæ Curiæ nutu, & juſſu Reuerendiſſimi Generalis Fantoni; Rhedonenſi Obſeruantiæ fuit annumeratus. A quo tempore veræ pietatis & ſcientiarum ſacrata Ædes, noſtram Iuuentutem in amplo & peropportuno pomerio: nunc Philoſophicis ſtudijs, nunc Theologicis in cumbentem, caſtiſſimo fouet ſinu. *Reformatur.*

Gloriæ illius accenſendum reor, quod anno M. DC. XXII. Kalend. Maij, in Capitulo Prouinciali iſtic celebrato; decedens primâ vice ab officio Prouincialis, R. P. Philippus Theobaldus, ſucceſſorem habuit R. P. Matthæum Pinaltum. Qui primus è non graduatis, quos vocant, ad eam euectus dignitatem, ſic cuncta in meliùs continuauit; vt ab eo Prouincialis non defecerit ex Obſeruantiâ Rhedonenſi, in quâ

*——Uno auulſo non deficit alter*
*Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.*

Comitia quoque illa præter Plebes ad pietatis, & eruditionis famam vndiquè confluentes, inſigniuit Dedicatio ſolemnis reparatæ Eccleſiæ; quam celebrauit per eos dies Illuſtriſſimus Guillelmus

Digitized by Google

Gouuernerius Præſul Maclouienſis, de noſtrâ Obſeruantiâ, vt & alij Epiſcopi omnes, (quorum cum reuerentiâ, beneuolentiam ſemper retinuimus) optimè meritus.

# CAPVT XVI.

## *Nannetenſis Conuentus Ducalis erectio.*

THEOBALDVS de Rupe forti Procomes Dongenſis, vir in quo animi conſtantia & fortitudo militaris, cum pietate & Religione certabant: Ducis nomine, Præfecturam exercebat in Ditione Nannetenſi. Is Ploarmelenſium Carmelitarum ſanctitate commotus, ſex ejuſdem Familiæ Profeſſos Nannetas adduxit, anno Domini M. CCC. XIIX. vt inibi Carmeliticæ vitæ ſplendore, Ciuitati inter Armoricos inclytæ praelucerent. Verùm vt præſtantis cujuſque operis initia, multis ſolent *difficultatibus* inuolui; plerique è Clero, Populoque contra nitentes creſcentem, tenerumque Carmeli ſurculum euulſiſſent, ni adfuiſſet à ſuperis auxilium. Senſere illicò non pauci cœli vindictam, & ex eâ Numinis voluntatem. Nam in ceteris Cerdo quidam procacis ingenij, dum indeſinenter dicterijs, ſcommatibuſque nouos Aduenas

*Difficultates miraculis ſuperatæ.*

uenas

uenas laceſſit : ſubulâ infelix , ſibi malum perfodit. Vtque videt inanem Chirurgorum operam ferro extrahendo , & ſanitati reſtituendæ : ſupplex accedit ad Carmeliticum Sacellum, procumbit in genua , ſceleris petit veniam à pijſſimâ Deiparâ : conſequitur, ſanatur. Palamque fit omnibus, Carmelitas Deo, Virginique Matri gratiſſimos: nonniſi in publicum bonum , & decus Nannetas appuliſſe. Sic victæ priùs obſtinatæ mentes , totis vlnis complectuntur viros Carmelitas , perpetuòque ſuæ Ciuitatis jure donare decreuerunt. Nec ita multò poſt auxit Virginis de monte Carmelo Religioſum cultum puer quidam , in puteum lapſus , extinctuſque : cujus Parentes Deiparæ ſupplices, eâdem intercedente à Deo Opt. Max. vitam, ſalutemque obtinuerunt.

Manſere quidem primitùs, in Ædiculâ ad Fanum D. Vincentij , vbi viſitur modò Conuentus ſub regulâ S. Claræ rigidiſſimâ. Quia verò locus anguſtior, & Franciſcano Monaſterio vicinior erat; poſt octo abhinc annos tranſtulit ſuos Clientes optimus Fundator, in amplam domum pretio coemptam , dotauit que quomodo ſequentes tabulæ enarrant. *Prima ſedes.*

*Vniuerſis Chriſti Fidelibus præſentes litteras inſpecturis, & audituris ; Theobaldus de Rupe forti miles, vicecomes de Donges , ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Cùm in ſacrâ Scripturâ contineatur expreſſè , quod* *Fundatio.*

*Domimi eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. Et alibi, quod omne donum perfectum, deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum. Hinc eſt quod nos id quod habemus ab eodem Patre luminum recepiſſe confiteamur, qui eſt vniuerſale refugium ſingulorum, & reddet vnicuique in die judicij, quod in corpore geſſit ſiue bonum, ſiue malum. His igitur attentis, & fideliùs intellectis; ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, B. Virginis Mariæ Matris ejus, omnium Sanctorum: in remiſſionem peccatorum meorum, ac prædeceſſorum, ac ſucceſſorum meorum; fundamus in Villâ Nannetenſi quandam domum, ſeu Capellam præcipuè contemplationi Ordinis Fratrum B. Virginis Mariæ de monte Carmelo. Vt maximè, ac ſpecialiter dicti Fratres pro nobis, & animâ noſtrâ: & prædeceſſoribus, ſucceſſoribuſque noſtris, Dominum in perpetuum teneantur in prælibato loco, & alibi exorare. Datum Nannetis, anno milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſexto, poſtridiè Purificationis Virginis Mariæ.*

Hîc igitur ſedem fixere noſtri, anno DCCC. XXVI. varièque agitati per totos viginti annos & ampliùs, pace tandem potiti ſunt propriâ partim patientiâ, partim miraculis à cœlo frequentibus: partim demum Pontificiâ, Regiâque autoritate. Summus ſi quidem Britanniæ Dynaſta, Ioannes IV. patentibus ſuis litteris, datis Venetiæ, VIII. Octobris, an. M. CCC. LXXXIX. controuerſias omnes ſuſtulit. Ac poſtmodum in-

ſigni pompâ Nannetas ingrediens, quo ipſo die ſubula palmæ Cerdonis adhæſerat, in noſtram Eccleſiam aduentans; rei veritate comperât, nos beneficijs pluribus cumulauit.

Centum deinceps annis, à noſtro in eam Vrbem aduentu, refloruit erga Deiparam Armoricorum zelus; nouâ de causâ, perilluſtrique *miraculo.* Ioannes quippe V. Armoricorum Dux, Propinquorum (qui & Caroli Blæſenſis hæredes) intetceptus inſidijs: atque contra auguſtam Principis reuerentiam, in Pictonenſi Caſtro Idibus Feb. anno D. CCCC. XIX. carceri incluſus, nec ſemel jam jam carnificis gladio mactandus; inter fœdi loci anguſtias, necnon mortis ſæpiùs præſentaneæ horrorem, reſpexit ad Virginis Carmelitarum Patronæ opem. Vouitque, ſi liber euaderet, ſe tantum auri ſacræ Ædi collaturum, quantum ipſe in alterâ ſtateræ lance cataphractus adæquaret. Fit nihil remorante cuſtodum diligentiâ, voti compos: & mirabiliter à ſuis vinculorum, carceriſque catenis exolutus; Carmelum Nannetenſem appulit liber, votumque fideliter perſoluit. Quod carceris è ligno deaurato olim, necnon Ducis, ac Duciſſæ conjugis imagines in Sacello B. Virginis appenſæ: & veteres in pergameno picturæ, ipſiuſq; Ducis authentica inſtrumenta, & acta ſupremæ rationum Curiæ etiamnum conteſtantur. Pondus *auri* memorantur quatuor

*Noua Miracula.*

*Põdus auri.*

ſupra trecentæ ſelibræ, cum vncijs ſeptem; addidit & Fratrum vnicuique, Florenos quinque. Quanquam ingentis pecuniæ pars maxima temporum calamitate, hominum incuriâ, diſciplinæ relaxatione euanuit; vt magis virtutibus, quàm pecunijs diuites eſſe aſſueſcant noſtri homines. Quod de tantâ pecuniâ, (poſt empta circumquaquè latifundia, ædeſque olim ampliſſimas) reſiduum fuit, ab altero Duce Franciſco I. an. M. CCCC. XXXVIII. vrgentibus publicis negotijs, mutuò ſumptum in certos reditus conuertitur; qui vſque adhuc è Regis fiſco perſoluuntur, ex quo armoricorum Eriminiæ Gallicis Lilijs, jure Sceptri & Coronæ annexa ſunt. Ducis ejuſdem Frater Richardus, ſimili prærogatiuâ exemptus vinculis Chantoſenſibus; donatiuis quoque plurius, ſuam erga nos gratitudinem voluit teſtificatam.

Prima igitur, vt dixi, Nannetis Carmelitarum ſedes, fuit non procul ab Eccleſiâ Epiſcopali; vbi nunc Monialium S. Claræ Conuentus, extructus eſt. Verùm tantillo ab hinc ſpatio, quà eſt fermè nobiliſſimæ Ciuitatis vmbilicus: nobis ædificatum eſt Monaſterium jam anguſtum, ſimul & auguſtum. Certè perampla Eccleſia eſt, varijs relucens ornamentis: præcipuè verò Ducum Britanniç *Mauſoleo*, candido marmore niditiſſimo: cum iconibus è nigro, emblematiſque rubro incruſta-

Digitized by Google

to : egregiâ cælaturâ, eximijs ſtatuis condecorato; tantâ artis & ingenij culturâ, vt vel teſte Magno Henrico IV. tota Gallia ejuſmodi operis diues, par alibi monumentum reperire vix queat. Præcipuus molis eximię theſaurus, *cor* reuera ſupra memoratæ, iterato hymenæo bis Galliarum Reginæ; quæ annoſo Parenti Franciſco II. ejuſque geminis vxoribus Margaretis hinc, inde collateralibus; vitâ functo an. M. CCCC. LXXXVIII. iuſta perſoluens, iſtud poſuit monumentum: nos ſequentibus iambis animare, olim ſumus conati. *Sepulcrum Ducale.*

F. M. O. O. P. P. B. G. L. P.

*Aremorica Ducum viator, aſpice*
*Sepulcrum; vbi vitæ, necíſque prominent*
*Trophæa: palmis, atque cupreſſo inclyta.*
*Iacent coronæ, ſceptra, faſces, ſtemmata,*
*Omniſque Regum pompa. Diſce quiſquis es,*
*Solidum nihil, nihil perenne ſub polo;*
*Æquare cuncta mortis extremum, & vetus*
IVS IMPERI.
*Hæc vrna claudit vltimum Britanniæ*
*Decus, ſimulque lilia adnaſci videns*
*Tumulo, ſtupet: jungique cupit Armoricus*
*Franco, beatas inſeri per nuptias.*
*Poſt varia ſortis & martis pericula,*
*Franciſcus vltimam diem ſenſit ſenex*
*Regno, & ſibi. Superſtes Anna, duplici*

*Coniuncta vinclo liliis, Gentem ſacro*
*Copulat vtramque glorioſa foedere.*
*Memor Parentis optimi, hanc molem pia*
*Conſtruxit; ingens artis, & ſtupendum opus;*
*Quod videt Hoſpes & Ciuis, nemo tamen*
*Vidit ſatis. Viator aſpice in puluerem*
ABIRE REGNA, REGESQVE.
C. C. M. M. P. P.

*Cor Annæ Reginæ.*

Mirum quod hîc accidit ſub finem præcedentis ſeculi, Priore tunc Nannetis M. Petro Bertholdo. Reſtagnantibus ex gemino ad vrbem flumine, dum noctu horas matutinas ad pulpitum decantant Nouitij; inaudium neſcio quid, ſubtùs quaſi in aquam delapſum. Monent Maiores Monaſterij, hi ſummo mane Nannetarum Primates; adſunt frequentes ex Arce, & Rationum Curiâ cum Iudicibus ac Scabinis: apertoque ſepulcro, in aquæ fundo reperiunt ad ſolum arculam ligneam, in quâ theca aurea. Aperta hæc cor exhibet Annæ, quam dixi Duciſſæ-Reginæ; non *integrum* modò, ſed adhuc florido ſanguine cruentum. Exoſculati ſunt Regium pignus quotquot aderant, quos inter Nouitius tum R. P. Petrus Maillardus, quem ſępiùs id narrentem audiuimus ipſi.

Iuxta tantæ artis opus, eminet ſepulcrum aliud nobiliſſimæ inter Armoricos Familiæ Rieuxiæ; cu-

Digitized by Google

jus Abnepos Dominus Marchio Aſſeratius, hęreditariæ dignitatis non indignus hęres: in ornandâ à paucis annis,& decorandâ Eccleſiâ munificentiſſimus apparuit. *Sepulcrum D. D. de Rieux.*

Penè omiſeram quod hîc narratu dignum ex Archæis, ſcrinijſque Curiæ Rationum Nannetenſis comperi certiſſimum. Vix in Hiſtorijs aliud famoſum magis, quàm *Ægidij Raienſis* nominatiſſimi ſuo tempore Mareſcalli fatum vltimum. Horret animus referre magni de cetero viri, facinora prope vltra fidem. Crudelitate, petulantiâ, goëtiâ, veneficijs: ſed maximè prodigiosâ, nec lectâ vſquam alibi παιδεραστία infamis; publicâ Iudicum ſententiâ, damnatus eſt ad viuicomburium. Lege dum agit carnifex, accenſo ferali rogo dictu mirum! circumuolitantes flammæ vſtulant quidèm ſcelerati membra: ſed tamen manet vita, ſpirituſque integer; donec ipſe vocato Chirurgo ſanctiſſimæ Crucis particulam brachio incluſam, carne incisâ monet extrahi. Quam iteratâ exomologeſi, Patribus noſtris, qui illi aderant, dono donauit; ſeruaturque in hunc diem miraculis, præſertim Puerperarum, inter Nannetenſes notiſſima. *Miraculum Crucis.*

Acceſſit hic Conuentus Rhedonenſi *Obſeruantiæ*, an. M D. C. XX. ſub initium Aprilis; Priore tum M. Chriſtophoro le Roj, ad Sanctimoniales de Scotijs recedente. Ac licet Plebi Nannetenſi *Reformatur.*

Digitized by Google

ſemper fuerit in honore Conuentus Ducalis, cœpit tamen de nouo eſſe in amore, & delicijs; ex quo illum Carmelitæ de Obſeruantiâ, virtutibus & ædificijs condecorarunt. Nam præter veterem ſtructuram quæ nobiliſſima eſt, Eccleſia miraculis & Populorum frequentiâ celebris, nouis operibus exornata: domus, dormitoria, aulæque peramplæ extructæ viſuntur; excipiendis ſæpiùs Armoricum Comitijs opportunæ.

# CAPVT XVII.

## *Conuentus Aurelianenſis trina inſtauratio.*

*Trina mutatio.*

AVREAM intra hanc Vrbem, Gennabum antiquis; quo ſeculo, quove anno recepti ſint primò Carmelitæ quod ignoretur, minimè mirum eſt. Archaia ſiquidèm & monumenta, hîc vt & alibi paſſim per tumultus bellicos periere. Satis dumtaxat liquet Conuentum hunc inter vetuſtiores commemorandum, jamque à primo ſitu ter demutaſſe; ideòque fortaſſis nec ſatis ſolidâ, floridâque ſorte hactenus conſiſtere.

Principiò quidem excepit nos ſuburbium San-Laurentianum, non procul capite Pontis illius viſendi, quo ambæ Ligeris ripæ connectuntur. Aſt totâ

totâ paſſim Galliâ dominantibus Anglis, & Rege Carolo VII. fermè Bituricum limitibus concluſo; graui Aurelia obſidione cincta eſt. Iamque in ſummum diſcrimen ruebat Gallica res, cum Deus, cui noſtrum ſemper Imperium cordi videtur fuiſſe, rarò miraculo opem immiſit. Quippe (quod noſtratibus, exteriſque Autoribus paſſiuum) ſuſcitata è medio Lotharingiæ ſinu *Ioanna* Arquenſis Vaucoloræa, verè Francorum Camilla; tanti Dux fœmina facti, felicibus armis Anglicas victorias profligauit. Quamquam ſub belli exitu capta Luxemburgi proditione, Anglicæ crudelitati victima cadit, ceteroquin innocentiſſima. Adeò vt etiam exuſtæ, cor medio in rogo flammis intactum perſtiterit: viſaque ſit ex buſto, candidiſſima columba euolare in cœlum. Rem miram retulit in ceteris Valeranus Varanus, expreſsâ de Amazonæ hujus Chriſtianæ geſtis hiſtoriâ. *Pucelle d'Orleans.*

*Poſtremò enituit pietas in morte Puellæ,*
*In cinerem cunctos dum flamma reſolueret artus.*
*Cor habet illæſas venas, mirabile dictu!*
*Nec ſinceri animi temerant incendia ſedem,*
*Albaque tunc viſa eſt igni prodire columba,*
*Et petere æthereos multis ſpectantibus orbes.*

Eo igitur bello Galliæ præcordia populante, dum ſe parant Aurelianenſes ſuſtinendæ Anglorum obſidioni; noſtros intra Vrbis mœnia retraxerunt, circa an. Dom. M. CCCC. XXVII. ne ho-

O

Digitized by Google

ſemper fuerit in honore Conuentus Ducalis, cœpit tamen de nouo eſſe in amore, & delicijs; ex quo illum Carmelitæ de Obſeruantiâ, virtutibus & ædificijs condecorarunt. Nam præter veterem ſtructuram quæ nobiliſſima eſt, Eccleſia miraculis & Populorum frequentiâ celebris, nouis operibus exornata: domus, dormitoria, aulæque peramplæ extructæ viſuntur; excipiendis ſæpiùs Armoricum Comitijs opportunæ.

## CAPVT XVII.

### *Conuentus Aurelianenſis trina inſtauratio.*

*Trina mutatio.*

AVREAM intra hanc Vrbem, Gennabum antiquis; quo ſeculo, quove anno recepti ſint primò Carmelitæ quod ignoretur, minimè mirum eſt. Archaia ſiquidèm & monumenta, hîc vt & alibi paſſim per tumultus bellicos periere. Satis dumtaxat liquet Conuentum hunc inter vetuſtiores commemorandum, jamque à primo ſitu ter demutaſſe; ideòque fortaſſis nec ſatis ſolidâ, floridâque ſorte hactenus conſiſtere.

Principiò quidem excepit nos ſuburbium San-Laurentianum, non procul capite Pontis illius viſendi, quo ambæ Ligeris ripæ connectuntur. Aſt totâ

totâ paſſim Galliâ dominantibus Anglis, & Rege Carolo VII. fermè Bituricum limitibus concluſo; graui Aurelia obſidione cincta eſt. Iamque in ſummum diſcrimen ruebat Gallica res, cum Deus, cui noſtrum ſemper Imperium cordi videtur fuiſſe, rarò miraculo opem immiſit. Quippe (quod noſtratibus, exteriſque Autoribus paſſiuum) ſuſcitata è medio Lotharingiæ ſinu *Ioanna* Arquenſis Vaucoloræa, verè Francorum Camilla; tanti Dux fœmina facti, felicibus armis Anglicas victorias profligauit. Quamquam ſub belli exitu capta Luxemburgi proditione, Anglicæ crudelitati victima cadit, ceteroquin innocentiſſima. Adeò vt etiam exuſtæ, cor medio in rogo flammis intactum perſtiterit: viſaque ſit ex buſto, candidiſſima columba euolare in cœlum. Rem miram retulit in ceteris Valeranus Varanus, expreſsâ de Amazonæ hujus Chriſtianæ geſtis hiſtoriâ. *Pucelle d'Orleans.*

*Poſtremò enituit pietas in morte Puellæ,*
*In cinerem cunctos dum flamma reſolueret artus.*
*Cor habet illæſas venas, mirabile dictu!*
*Nec ſinceri animi temerant incendia ſedem,*
*Albaque tunc viſa eſt igni prodire columba,*
*Et petere æthereos multis ſpectantibus orbes.*

Eo igitur bello Galliæ præcordia populante, dum ſe parant Aurelianenſes ſuſtinendæ Anglorum obſidioni; noſtros intra Vrbis mœnia retraxerunt, circa an. Dom. M. CCCC. XXVII. ne ho-

O

ſtibus paterent ad prædam, Conuentus ad præſidium. Obſidione ſolutâ, noſtriſque rebus compoſitis; deſolati Monaſterij ruinas, ampliſſimæ Vrbis Ciues cum fænore repararunt. Sedenim, vt incertæ ſunt Mortalium cogitationes, timidaque conſilia; furor *Caluiniſticus* ſub an. M. D. L X I I. Vrbem cædibus, incendijs, potiſſimùm verò ſacrarum Ædium æternùm lugendâ direptione deuaſtauit. Et quo ejus farinæ homines erga Deiparam ſunt affectu, Templa eidem Virgini dicata; præcipuè verò Religioſa Cœnobia, hocque in ceteris Aurelianenſe, ſolo adæquauit. Hâc ætate, magnis impendijs & labore ſatagunt noſtri deſtructa reſtituere: jamque Eccleſia & Clauſtra magnâ Ædium parte conſurgere conſpiciuntur, Plebis pietate pauperis Monaſterij non vanos conatus adjuuante. Ex quo præſertim zelo M. Ioannis Champcheurieutij diu inibi Prioris, *deuotio* erga B. V. totâ olim Prouinciâ florens, penèque extincta, ita in hocce Conuentu refloruit; vt Miſſæ, conciones, ſupplicationes, cunctaque ſacri noſtri Scapularis pia exercitia, hîc vel maximè emineant.

Sapient. 9. *Hæreticus furor.*

Acceſſit *Obſeruantiæ* Rhedonenſi, an. M. DC. XXXI. cum prima ſemper Reformationis ſemina fouens P. Ludouicus Charpentarius (de quo retrò quamplura) abdicans ſe Prioris officio, Rhedonas reuerti voluit. Vbi abs ſanctâ Annâ cognomen

*Reformatur.*

Digitized by Google

mutuatus, poſt exempla virtutis in prouectâ ętate eximia, an. M. DC. XL. viam ingreſſus eſt carnis vniuerſæ. Sic ſponte in manus Obſeruantiæ deuenit Carmelus Aurelianenſis, floruitque Iuuentuti ſeculi deſertricis ſedulâ inſtitutione; quæ ibi feliciter prima vitæ Religioſæ poſuit rudimenta. Deinceps verò Regularium, vt opes ferunt, numero non ſine ſudore & labore plurimo excolitur.

# CAPVT XVIII.

## *Iuliodvni Conuentus innouatur.*

AB Amauro Beauſſæo Equite Regio, cui ſucceſſit inclyta Familia Chandeneria; conſtructus memoratur Carmelus Iuliodunenſis, ſiue Lodunenſis anno M. CCC. XXXIV. Auctus Ioannis Molæi, Illuſtriſque vxoris Flaſſeæ beneficentiâ, ampliſſimoque tandem latifundio cinctus abs Renato Duce Andinorum, eodemque Rege Siculo, ac Solymitano. Floruit deinceps viris & Religione, & doctrinâ ſpectatiſſimis; quouſque an. M. D. LXVIII. graſſante in eo præſertim Tractu Hæreticorum rabie, ab iyſdem funditùs ſubuertitur.

*Conſtruitur.*

*Deſtruitur.*

Dum verò inter ruta, cæſaque jacerent omnia, à Deo ſuſcitatus eſt R. P. Ludouicus *Perrinus*, Hæreticorum malleus meritò nuncupatus. Qui an. M. DC. IV. nominatus in Priorem à Generali Henrico Sjluio, Nannetis tunc Ordinis inſtaurationem vrgente; dirutam hujuſce Cœnobij Eccleſiam proprio labore, collectiſque â Fidelibus (præſertim à ruſticâ Plebe, quæ integrâ fide durauerat) eleemosjnis reædificare aggreſſus eſt ab an. M. DC. V. ad an. M. DC. XV.

*Reſtruitur.*

Cœptum opus, reliquamque materiam (optima enim quçque ad propria commoda, Caluiniſtica Reformatio tranſtulerat) Patribus Rhedonenſis Obſeruantiæ tranſcripſit; primum an. M. DC. XV. cum Definitor in capitulo Turonenſi, non priùs cogi potuit ad Prioratum Iuliodunenſem, quàm Patres illi è Rhedonenſi ſeminario deſponderentur. Vlteriùs cum anno ſequenti, ad munus Eccleſiaſtis in inſigni Eccleſiâ Pictauenſi euocatus, Superiorum conſilio, Priorem è noſtris voluit ſibi ſubrogari. Illi igitur ſtatim magnanimo operi ſeſe accingentes, Monaſterium priſtino, immò ampliori ſplendori reſtituerunt: jamque in cultiſſimâ domo, ampliſſimoque pomerio in lege Domini nocte, dieque meditantes, ſolis propè Fidelium eleemosjnis ſuſtentati viuunt non paruo numero. Interdum etiam, cum annona permittit, Philoſophica ſtudia excercent; quotidiè per

Digitized by Google

varias tentationes, Verbi diuini prædicatione, Librorum conſcriptione, frequenti cum Heterodoxis certamine: Catholicæ Religionis zelo, Chriſtianâ humilitate & patientiâ, Caluiniſticam ſuperſtitionem pergunt porrò eliminare.

Nec verò ſolùm aduerſus carnem & ſanguinem, nobis hîc colluctatio fuit: ſed aduerſus quoque ſpirituales nequitias, mundi rectores tenebrarum harum. *Mirum* dictu, nec fide vanum! an. M. DC. XXIII. ſub initium autumni, peſſimi homines, aduocato etiam, Dæmonum auxilio; ſacram domum noſtram, ejuſque incolas totas noctes crudeli infeſtatione cœperunt excercere. Durauitque agitatio vſque ad an. M. DC. XXV. ſub finem Martij; quo vis Auguſtiſſimæ EVCHARISTIÆ contra hoſtes viſibiles & inuiſibiles, extitit ſanè admirabilis. Nam per id tempus Religioſis omnibus (qui plures quàm viginti in eo degebant Conuentu) ætate, pietate, & doctrinâ maturis; oblata paſſim ſpectra, phantaſmata viſa, auditi rumores inconditi, quaſſata ſæpiùs ædificiorum moles: lapidum grandines violento, ſed incaſſo in homines ictu immiſſi, Cellularum ſuppellex ſuſdeque confuſa; mille laruis, lemurumque præſtigijs interrupta, & perturbata orationis, pœnitentiæ, Refectionis, diſciplinęque Regularis, conſueta opera. Noſtri ad ejuſmodi terrores intrepidi, de ipsâ infeſtatione ſumebant majora virtu-

Epheſ. 6.

*Infeſtationes.*



Digitized by Google

tum excercitia. Verùm quia id pergebat porrò, juſſu R. P. Mathęi Pinalti tunc Prouincialis integerrimi, Dei opem ſpecialibus votis implorare cœperunt. Indictâ igitur eum in finem oratione quadraginta horarum, Religioſi omnes pietatis, pœnitentiæque operibus ritè præparati: ſolemni luſtratione per dormitoria, cellas, aulas, totamque domum deferunt ſacratiſſimam Euchariſtiam; præcipuum contra hoſtes nequiſſimos alexipharmacum. Et quod reuerâ miraculum cenſeri debet, eodem momento euaneſcentibus ſpectris, depulſiſque ejuſmodi terroribus; pax vniuerſæ domui, primaque Religioſis tranquillitas conceſſa ad hunc vſque diem feliciſſimè perſeuerat.

*Vis Eucharistiæ.*

Id quod hoc loco apponere pretium duximus, ne noſtri accepti beneficij fierent immemores: vtque auguſtiſſimi SACRAMENTI vis, ac virtus nouo hoc facto, ſaltem inter nos magis ac magis eluceſſeret. Calamum quoque impulit ſecuta poſt aliquot annos apud eoſdem Iuliodunenſes, vulgataque toto orbe Gallico funeſtiſſima ἐνεργυμένων tragœdia. Quæ enim diu, aleâ ſatis ancipiti eâ in vrbe geſta ſunt, longè profecto merentur; vt ij quorum intereſt de ejuſmodi ſtupendis dijudicare, veritatis habeant præjudicium in noſtrâ relatione. Quæ quidem tam vera eſt, quàm quod veriſſimum: pluriumque è noſtris auribus, & oculis

probatiſſima.

Neque demum hoc loco debet omitti in Eccleſiæ latere dextero, *Sacellum* B. V. Mariæ ſanè viſendum; tum ob frequentia inibi miracula, tum ob totius viciniæ deuotionem eximiam: tum ob tabellam Virginis chariſſimum pignus Ieſum ad colla geſtantis, raro depictam artificio; tum denique ob nouam totius Sacelli paraturam, quam ibi (vt erat munificentiâ incomparabili) moliebatur Eminentiſſimus Cardinalis Dux Richelius. Ac niſi mors æquo pulſans pede pauperum tabernas, Regumque turres, cum vitâ ſpes abſcidiſſet; fortè propediem ampliſſimæ noſtræ Ædes Richeliopoli vicinæ, ſacris Sophiæ diſciplinis domicilium euaſiſſent.

*Sacellum B. V.*

*Obijt Lutet. die 4. Decembr. an. 1642.*

---

# CAPVT XIX.

## *In Aſjlo Paulopolitano Carmelitæ collocati.*

AD extremam fermè oram continentis Armorici, vbi in Aſjlo veteri Epiſcopalem cathedram obtinet Antiſtes Leonenſis; extructum fuit à Ioanne Britonum Duce, Carmelitis Monaſterium, an. M. CCC. LXIV. Temporis controuerſiam ſuſtulit, ex Archiuis Eccleſiæ ibi Epiſco-

*Fundatur.*

palis, deſumpta sjngrapha ſequens. *Reuerendiſſimo Guillelmo Ouurois in Epiſcopatu Leonenſi ſedente, Ioannis IV. & Mariæ ejus vxoris, Britanniæ Ducis, & Ducissæ temporibus; anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo octauo, S. Pauli Leonenſis Carmelus fuit fundatus.* Auxit deindè beneficijs, ædificijs & cenſibus, Dominorum præſertim de Krman inſignis erga nos amor: aliorumq; illuſtrium munificentia, Armoricâ nobilitate neutiquam indigna. Vetuſtate & injuriâ (vt florentiſſima quæque lege rebus humanis conſtitutâ, in pejus eunt) ferè collapſum majori quàm anteà decore exurgit. Inſtaurationis gloria debetur noſtro æuo ſolerti quidèm Fratrum diligentiæ, (præſertim R.P. Petri Maillardi) induſtriæ, aſſiduoque labori, & virtutum exemplo. Sed inprimis liberali Ciuium collationi, quam expromit inſcriptio capitalibus grammatis in propilæo deſcripta; *Reſtauratur.*

*In honorem Dei, & B. Mariæ de Monte-Carmelo, Joannes IV. Dux Britanniæ me fecit; & ſingulari erga me Cleri, Nobilium, & Populi affectu Ludouicus XIII. Galliæ & Nauarræ Rex Chriſtianiſſimus, me jam vetuſtate, & temporis injuriâ collapſum, à fundamentis reuocauit; Sanctiſſimo Paulo V. Romano Pontifice, Reuerendiſſimo Renato de Rieux Leonenſi Epiſcopo: Fratre Petro Maillard humili Prouinciali Turoniæ, & hujus Conuentus Priore.* VIII. *Aprilis* M. D. C. XVIII.

Quin etiam reparatæ moli, Dominus ſplendorem

rem contulit; cum ob aëris ſalubritatem, loci ſolitudinem, fontium ſcaturiginem, ampliſſimas Ædes, vaſtaque pomeria; reſurgentis in Ordine pietatis, & ſcientiarum domicilium effectum ſit. *Fundatur.*

Iam ab aliquot annis, à Cultoribus Obſeruantiæ Rhedonenſis incolitur; antiquæ Religionis & innocentiæ exempla, latè per inferiorem Armoricam diffundentibus.

Acceſſit velut appendix, & Beatæ ANNÆ Alræenſis imago ęmula; Oratorium, vno milliari ab Vrbe Leonenſi ſejunctum. Videlicet ſacra Ædicula eſt, dono Nobiliſſimi & Clariſſimi Viri Renati de Loüet, Eccleſiæ Leonenſis tùm Cantoris, nunc Præſulis Coriſopitenſis meritiſſimi, nobis donata. Cujus primaria cura R.P. Maillardo Ex-Prouinciali, Fundatoris ſimul ac Prouinciæ totius votis tantiſper commiſſa eſt. Sacrum eminet Semnæum in rupe, quam vndique alluens mare efficit inſulam. Quo in ſeceſſu beatæ olim & felicis memoriæ Rolandus de Villâ-nouâ, Epiſcopus itidèm Leonenſis, ſæpiùs totos dies vacabat contemplationi. Nos ſanè felices, ſi qui in Beati Antiſtitis vicem; locum populi frequentiâ deuotum, & ipſi frequentamus: in Æde ſacrâ; cellulіſque paucis: non diuturnæ tamen, nec permanenti habitationi deſtinatis; inſtar Eremitarum, puriores noſtræ pietatis ſpiritus haurimus. Sacer loci genius, dum in vltimo terræ angulo



Digitized by Google

mirabiles maris elationes olim intuemur: & cum infidis fluctibus, perfidas mundi vanitates comparamus; ſequens carmen, opinor, inſpirauit.

### HENDECASJLLABVM DE ORATORIO B. ANNÆ, MARIS ET CAVTIS SINV INCLVSO.

*TEllurem ſimul ac meos labores*
*Æquor terminat, vltimam viarum*
*Metam tangimus. Hinc piget redire*
*Quo grata otia, ſeculi tumultus*
*Turbant. Armorica beata ſedes,*
*Iam totam cupit occupare vitam.*
*Leonenſis, vbi maris ſupremus*
*Dat finem generi ſinus Britannô:*
*Rupes eminet haud procul remotâ*
*Ripâ, quam Oceani æſtus hinc & inde*
*Cingit, dum gemino in dies refluxu*
*Pulſat littora. Primitùs ſacrarunt*
*Preces, votaque Præſulis beati;*
*Quam jam nobilitat parata Eremus,*
*Carmeli in ſpeciem jugi. Sacellum*
*Pietatis opus nouum, ſolo extat;*
*Quod tuum alma Parens Dei Parentis*
*Anna, nomen, honoſque conſecrauit.*
*Mox feruens pietas Plebis, frequenſque*
*Concurſus Populi facit celebre.*

Digitized by Google

*Adhærent modicæ caſæ, ſupellex*
*Pauper; diuite ſed penu redundant*
» Vitam quæ faciunt beatiorem.
*Nimirum juuat hîc procul remotis*
*Vrbium ſtrepitu, ſibi vacare:*
*Sibi viuere, jam mori paratis.*
*Hîc mentem juuat euolare ad aſtra,*
*Corporis grauibus leuem catenis:*
*Et cæli dapibus replere cordis*
*Intima, atque Deo frui, polumque totum*
*Pectore imbibere. O miſellus Orbis!*
*O tunc deliciarum, opumque inanes*
*Guſtus: vana, fugaxque pompa honorum!*
*Sordent omnia, dum poli patentes*
*Campos libera mens tuetur. Jllîc*
*Adeſt ſponte ſuâ innocens voluptas,*
*Abrupti ſcopuli hinc patent & inde:*
*Pendenteſque petræ cadunt, manentque;*
*Et ſaxa aſpera, quæ crepidine altâ*
*Imminent pelago. Latent cauernis*
*Spelæa. Hinc peramena ſolitudo,*
*Quin arcana ſinu quies, locorum*
*Sancta poſſidet. Augeatur annis*
Æternis Domus, & ſtupenda creſcat
Ædes prodigijs vbiquè clara:
*Atque munere Primicerij aucta,*
*Autoriſque ſui fauens amori,*
*Stet ſemper titulus perennis æui.*

*At tu quiſquis amas frui receſſu,*
*Seculi, atque maris furore ſaluus;*
*Hunc portum Charitum potes ſubire,*
*Hic debes gratias pius referre.*
» Nam votum ſoluunt in littore nautæ.

# CAPVT XX.

## *Conuentus Pictauenſis fundatio varia.*

AVGVSTORITI Pictonum decurrente tertio ſupra decimum ſeculo, Carmelitæ quorum æſtimationem Angli Aquitaniâ per id tempus potientes, ex tranſmarinis aduexerant; perbenignè, & humaniter recepti ſunt. Inde Epiſcopus, Proceres, Plebſque vniuerſa noſtris rebus mutuas certatim operas præſtiterunt. Præcipuus interim perilluſtris Dominus Ioannes Darchiacus, noſtris primam fixit ſedem ad Diui Petri; quod ipſius inſignis Eccleſiæ teſtantur monumenta, vernaculo idiomate. *Meſſire Iean d'Archiac, Cheualier du Dioceſe de Poictiers: ayant deuotion de fonder vn Conuent de l'Ordre de Noſtre-Dame des Carmes, en la Ville de Poictiers; donna certains lieux, & terres en ladite Ville.*

*Fundatur.*

Enim verò cogente loci anguſtiâ, addit ea vetus membrano Hebdomadariorum Eccleſiæ Picta-

Digitized by Google

uenſis ; Præſul auguſtæ vrbis Ioannes nomine quintus, acquiſitas à ſe domos cum territorijs non procul à Fano S. Michaelis, Carmelitis vt largiùs habitarent elargitur. Quo cum acceſſiſent noſtri per libellum ſuplicem, certis conditionibus cum Paraciæ illius Curione obtinuerunt, vicinam S. Aniani Basjlicam, vt inibi diuina perſoluerent. Quod peractum narrant ſcripta publica, pridie feſti Ioannis Baptiſtæ, anni M. CCC. LXVI.

Ea beneficia auxere non parum, pietate & virtute militari inſignes Dominus Feletonius, & Chandoſius. Ille Aquitaniæ Cancellarius, iſte Regis Anglorum Edüardi gener, Pictonum Seneſcallus; ambo Duces incljti, quibus par monumentum inſcribitur in cippo, ſeu columnâ Sacelli Lauretani, ad partem Chori Eccleſiæ dexteram. *D. Guillelmus de Feletton, & D. Ioannes de Chandos, Eccleſiæ & loci hujus ſunt Fundatores.*

Horum itaque impenſis extructum inibi Monaſterium noſtri incoluere, ad annum circiter M. D. LXX. Quâ tempeſtate ſæuientibus per Caluiniſticam inſolentiam bellorum tumultibus, effrænis licentia necdum ſatis *perfectam* domum penitùs deſolauit. Fuitque tempus, cum vno dumtaxat è noſtris ad domus qualemcumque cuſtodiam reſiduo; Monachi dirutæ in ſuburbio per obſidionem Gaſparis Colinæi Abbatiæ S. Cjpriani, obtinuerunt ab Henrico III. priuilegium noſtros la-

*Subuertitur.*

res, ſeu vacuas ſedes occupandi. Quâ tamen indulgentiâ, quia nunquam potuit adduci integerrimus Philippus Huraltius, eam vt ratam haberet, penitus irritâ; in propriam hæreditatem, paulatim redierunt veteres Coloni.

*Reformatur.* Languere videbatur ſitu, & ſquallore obſita Domus; donec anno M. DC. XXII. in eam poſt diutinam procraſtinationem non ſine cæleſtibus gratijs, abs ſapientiſſimo Præſule Rupi-pozæo, vrbiſque Auguſtiſſimæ Optimatibus euocantur ex Rhedonenſi *Obſeruentia* Carmelitæ. Quippe qui domum alioquin egentiſſimam, rarâ virtutum omnium praxi mox tam interno, quàs externo ſplendori reſtituerunt; vſque adeò vt jam pietatis, & Doctrinæ ſedes ſit ſanè idonea: foretque opportunior, ſi Fratrum habitationi tam poſſet quantociùs eſſe conſultum: quàm ſacræ Ædes nobiliſſimorum Ciuium liberalitate ornatæ ſunt, & amplificatæ.

Certè præter vinetum ad horti latus latiſſimum juxta & amæniſſimum, totiuſque Eccleſiæ paraturam; eminet præcipuè juxta Altare majus, Sacellum B. V. Mariæ. Cujus pridem deuotio adeò Pictonum animos inceſſit, vt feſta, ſupplicationes, aliæque cæremoniæ circa Ordinis noſtri Scapulare, nullibi ſint illuſtriores. *Sacellum B. V.* Ex quo præſertim Chriſtiparæ *Oratorium* illuſtris Domina Verræa, non quotidiano ſumptu, ſingularique artificio con-

decorauit. Cujus pietatem in locuplętandâ Ecclefiâ, domo que imitantur quotidiè non tacenda nomina, Clariſſimi Domini Cliellæus Chambonæus, Pontaigonius, Narbonierius.

Auget etiam fortaſſis Loci pretium, quod SANCTI ANIANI Aurelianenſis poſtmodum Epiſcopi, cunæ eo Loci perhibentur.

# CAPVT XXI.

## *Aulnænſis Conuentus adoptio.*

ANNO Domini M. CCC. LV. ab Aulnænſi Vice-Comite, Pontio de Mortagne, cujus jura Regio Fiſco iam ceſſerunt; ſplendidè (quod Superſtites ruinæ nimis indicanr) extructum fuit Aulnænſe Cœnobium: ampliſque cenſibus, qui temporum injuriâ omninò periere dotatum. Poſt deindè (cauſas anxiùs diſquirere nihil attinet) è ſinu Aquitanicæ Prouinciæ Turonenſi *adoptatur*, frequenti Cœtu apud Pictauum an. M. CCCC. LVII. floruitque non parum ſtructurâ, opibus, viriſque eximijs. Quovſque an. M. D. LV. communi totius Aquitaniæ fato, ab Hæreticis dirutum & exuſtum eſt. Tunc immani barbariè trucidati è noſtris, Catholicam *fidem* deſerere renuentes. Quos inter

*Fundatur.*

*Adoptatur.*

*Diſturbatur.*

Digitized by Google

vnus ad vlmum (quæ arbos ſuperſtes notatur) quaſi cœlo factus ſpectaculum alligatus, glandibuſque confoſſus; Martjrij lauream, cum pluribus alijs feliciſſimè eſt conſecutus.

Inde Conuentus deſertus, ſancta omnia polluta vſque ad an. M. DC. XXII. quo Fratres Rhedonenſis *Obſeruantiæ* in eas partes à ſuis Superioribus miſſi: viderunt ſanctificationem deſertam, Templum exuſtum; in eoque Conuentus loco, virgulta nata, ſicut in ſaltu ac montibus. Altari primum ritè curato, modicam Conuentus partem in Cellularum vſum Euangelicâ paupertate adornarunt. Nempe in ſolo pietatis ſterili, & inter Hæreticos vitam tolerant; vbi collapſa reſtituere molientibus obueniunt nullæ, aut modicæ ſuppetiæ. Ab Hæreticis latifundia aut vix vendicant, aut ægrè conſeruant.

1. Machab. 4.

Quanquam paucis retrò annis, inſignis & perampla olim Eccleſia tecto, parſque Conuentus nouis ædificijs inſtauratur. Iuuantibus partim Prouinciæ communi pecuniâ, partim Ludouici XIII. piâ liberalitate. Ius nempe quo jam à fundatione fruimur in Alnænſi Sjluâ, renouauit Rex æquiſſimus: rem procurante nunquam ſatis nobis, Galliæ, orbi, laudato D. MATHÆO MOLÆO; quem ex officio Cognitoris Generalis, quo tunc fungebatur, ad Proto-Præſidis decus rara merita euexere. Nominandum etiam chariſſimum par Franciſ-

cus

cus Mombronus, Comes Fontinenſis, conjuxque illuſtris Ludouica Albina, veterum Fundatorum ſucceſſores, non vno titulo agnoſcendi.

Inde ſpes oritur præclari aliquando Monaſterij. Quippè cœli temperies, ſolique in eo Tractu (qui Pictonum, Santonumque limes eſt,) indulgentia, gratiſſimam præbet ſolitudinem: circumfuſa verò vndiquè Caluini lues, curatrices manus præſtolatur. Nos certè per quos jam ab an. M. DC. XXXVII. Opella hæc obedientiæ, & poſteritati adumbratur; commodùm latuimus aliquando hoc in Cænobiolo, velut in medio Nationis adulteræ & prauæ; primaque concepimus vota, Miſſionis inibi Catholicæ: quam ſi annuunt, juuantque Superiores, ceteris jam rebus compoſitis, aggredi cum Numinis auxilio ſumus paratiſſimi.

Faxit omnipotens, vt quo amore Allophjlorum ſalutem, melioremque frugem concupiſcimus: ſic nec in vacuum noſtri labores, aſſiduæque vigiliæ cedant; ſed proſint in profectum & reductionem ouium, quas à caulâ diuini Paſtoris aberrantes tartarei lupi miſerrimè ſtrangulant.

Atque vt norint vniuerſi, veris Carmelitis ſolitudinem Prouinciam eſſe, immò paradiſum: nec noſtri Profeſſores Inſtituti minùs eſſe ſolos, quàm cum procul ab omni ſecularium commercio, otium exercent ſacri negotij pleniſſimum; non



Digitized by Google

pigebit ſacram poëſim Aulnæa inter virgulta dudum conceptam, hîc deguſtandam noſtris in ſpeciem bellarij offerre.

## VOTVM IN SOLITVDINE.

*O Deus alme,*
*Conditor orbis,*
*Et Pater; audi,*
*Quæ tibi vota*
*Mens mea fundit.*
*Iam procul vrbe,*
*Atque furentis*
*Turbine ſecli:*
*Spernimus vſquè,*
*Quidquid adorat.*
*Hîc vbi fas eſt*
*Fronte ſolutâ &*
*Pectore, vaſtos*
*Cernere campos,*
*Cernere colles:*
*Nectare puro,*
*Ambroſiâque*
*Viuimus. Ecce*
*Nocte repulsâ*
*Lucifer ortus,*
*Mellea Cœli,*
*Roſcida terræ*
*Munera ſpargit;*
*Nec morâ, Phœbus*
*Æquore toto*
*Pulcrior exit.*
*Gaudia quæ tunc,*
*Templa ſubire:*
*Primaque lucis*
*Tempora, vitæ*
*Debita noſtræ,*
*Soluere Chriſto!*
*Hinc remeantem,*
*Cellula claudit:*
*Ac ſtudiorum*
*Grata voluptas,*
*Paſcit hiantem.*
*Seu modò ſacros*
*Voluere Libros,*
*Aut meditari*
*Dogmata Patrum:*
*Seu quoque noſtras*
*Condere curas*
*Aggredior, vel*

Digitized by Google

*Blanda Thaliæ*
*Fercula libo.*
*Tunc mihi nullus*
*Improbus hoſpes,*
*Nullus amicus*
*Otia turbat;*
*Exulat omnis*
*Perfida vulgi,*
*Lutetiæque*
*Aura Theatri*
*Plauſus inanis.*
*Me mihi totum*
*Vendico, nec tum*
*Horrida Martis*
*Funera curo.*
*Pax mihi cordi eſt,*
*Atque ſilentis*
*Otia ruris.*
*Paupere Cellâ*
*Viuo beatus,*
*Vanaque ſortis*
*Munera temno.*
*Non Sycophantæ*
*Dens genuinus,*
*Nulla tacentem*
*Lingua remordet:*
*Nec latitanti,*
*Inuidet vllus.*
*Vtque leuamen*
*Innocuum adſit,*
*Cum ſua Titan*
*Lumina condit;*
*Aduocat inde*
*Blandiùs æquor,*
*Campus agreſtis,*
*Defluus amnis,*
*Hortus amænus:*
*Florea dona,*
*Syluaque frondens,*
*Atque cadentes*
*Montibus vmbræ.*
*Enthea tum me*
*Vis rapit ad te,*
*Maxime Princeps,*
*Omnia certo*
*Fine gubernans:*
*Quem orbis vterque,*
*Pronus adorat;*
*Cui famulantur*
*Ignea cœli*
*Sidera, tellus,*
*Pontus, & aer.*
*O Pater alme!*
*Cujus ad aras*
*Victima major*
*Nulla cadit, quàm*

*Hoſtia cordis*
*Candida puri;*
*Tu modò, noſtræ*
*Excipe mentis*
*Vota, preceſque.*
*Dum mihi tempus*
*Cetera vitæ,*
*Stamina voluet;*
*Da Pater, vt ſim*
*Quem tua me vult*
*Eſſe voluntas.*
*Mente profundâ,*
*Pectore puro:*
*Nec prece fictâ*
*Te venerer, te*
*Semper adorem.*
*Sordeat omne*
*Quod tibi Sancte*
*Diſplicet, aut quo*
*Sordida mens fit.*
*Sic tibi ſoli*
*Notus, & omni*
*Longiùs Vrbe;*
*Da Bone, poſſim*
*Viuere mecum,*
*Teque potiri.*
*Amen.*

# CAPVT XXII.

## *Maritima Pont-Abbati Carmelitarum ſolitudo.*

PROXIME ad Oceani Armorici ſinum, quà fermè in Angliam proſpectus eſt, Municipiũ jacet amæno prorsùs loco: quem fluuiolus aceſſu, diſceſſuque Oceani nunc accreſcens, nunc decreſcens alluit. *Fundatur.* Illîc an. M. CCC. LXXXIII. ab Heruæo Pont-Abbatis Djnatá, conſtructus eſt Carme-

litarum Connentus; totius Territorij non ingrati, pars ſine dubio potiſſima. Conſtat id ex apographo.

*A tous ceux qui ces preſentes lettres verront & oiront, Herué Seigneur du Pont-l'Abbé, ſalut en Dieu. Comme les Freres de l'Ordre Noſtre-Dame du Carme, ſoient en propos & parfaite volonté de faire & edifier vn Conuent & lieu de leur Ordre, en noſtre Ville du Pont-l'Abbé. Surquoy nous ont requis & ſuplié, de leur pouruoir de place & lieu comme leur Fondateur, pour ledit faict accomplir.*

*Nous, à ladite ſupplication & requeſte ſuſdite, de noſtre propre mouuement & certaine ſcience, en l'honneur de Noſtre-Dame, & de ſon Benoiſt Fils; auons donné, & par ces preſentes donnons & octroyons aux Freres ſuſdits, pour la cauſe auant dite, noſtre maiſon & ſon courtil, logemens & appartenances de Kangue, en noſtredite Ville, ſiſe entre le Marché aux bleds & la Mer, jointe le courtil d'Oliuier de Kla: ſi mon tres-redoutable & ſouuerain Seigneur, Monſieur le Duc le conſent, & que ce ſoit ſon plaiſir, & non autrement. Parquoy leſdits Freres ſont obligez de celebrer audit Conuent vne Meſſe quotidienne perpetuellement à l'heure de Prime, pour les ames de nous & noſtre chere compagne Perronelle de Rochefort, auec vne recommandation ſolemnelle à chaque Dimanche. Et de ce nous en doiuent leſdits Freres donner bonnes & ſuffiſantes lettres, confirmées par leur Prouincial auant tout. Et en teſtification de*



Digitized by Google

*toutes ces choſes, leur auons donné ces preſentes lettres, ſellées de noſtre propre ſéel, le* IV. *iour du mois de May* M. CCC. LXXX. *&* III. *ans.*

Ea ſedes ſacris Ædibus peramplis, Cœnobio eleganti è lapidibus quadris: hortis, viridarijs, paruoque nemore pergrata: ſacrarum litterarum otio, ſolitudinis ac contemplationis ſtudijs non vulgare præſtat domicilium. Inde proſpectus tum in aduerſam planitiem, tum in ſubjectum fluminis alueum; quoties dietim mare intumeſcit, nauium grandiuſcularum capacis. Cœnobium verè ob genium *ſolitudinis* Carmelitanum, tum à Domino Fundatore, tum à felicis memoriæ Epiſcopo olim Coriſopitenſi, ex inclytâ Roſmadeciorum Familiâ (id quod gentilitia ſtemmata, vbiquè ædificiorum impreſſa commonſtrant) aliorumque ſuccedentibus ſeculis liberalitate, mediocriter dotatum; ceterà Vrbis modicæ, viciniæque eleemosynis ſuſtentatur. Ipſa certè ædificiorum moles, concinnâ operis ſtructurâ inpaucis viſenda: ſuo Eccleſia ſplendore Populi maximè Catholici, pietatem prouocat & accendit.

*Solitudo.*

Adiacet Ædicula *S. Laurentio* pridèm ſacra, cujus fons vicinus ſanandis epilepticis vim habet inditam à Deo. Quoniam porrò Lotudenſis Parœcia diſtat non parum, noſtris ab antiquo pleraque inibi munia Eccleſiaſtica commiſſa ſunt. Quo præſertim tempore Arx ipſa, totumque Munici-

*Capella S. Laurentij.*

Digitized by Google

pium ab Hiſpanis in Fœderatorum auxilia vocatis, ſolo æquata ſunt. Abhinc namque ceſſere in jus noſtrum Præſtimoniæ quædam, ab eâdem Heruæorum Familiâ olim fundatæ. Idque donante, ſub tutelâ incljti D. Sebaſtaniani Roſmadecij, Baronis de Molaco: poſtmodum ſub maritali comprobatione clariſſimi conjugis Caroli Coſſæi Aſſigniaci, Helenâ de Bellomanerio, ad quam Pont-Abbatis hæreditas deuoluebatur. Quod iſto quoque æuo ratum, gratumque ſequens diploma teſtatum faciet.

*Franciſcus de Vigneroto Pont-Corlaj Djnaſta, ſacri Conſiſtorij Comes, Eques Torquatus, Triremium Præfectus, mediterranei Theſſalarcha, Portus Gratię Prorex: vnàque prænobilis ejus conjux D. Franciſca Guemadeucia, hâc in parte Mariti autoritate donata.*

*Exponente Patre Saraphino à Ieſu, è domo Sanctiſſimi Sacramenti Pariſienſis; tam nomine R. P. Lucę à S. Antonio,* Carmelitarũ *Prouincię Turonię Prouincialis: quàm ex parte* Conuentus *itidem* Carmelitarum *Pont-Abbatenſis in Armoricà, & Diœceſi Coriſopitenſi; intellexerunt anno* M. CCC. LI. *perilluſtrem Dominum Heruęum, Pontis olim Djnaſtam intra Arcis ſuæ vallum S. Tudæi Sacellum dotaſſe: ac poſtmodum in eodem Pontis Municipio, Monaſterium ex Ordine Carmelitico; verùm temporis calamitate, Sacellum illud funditùs dirutum. Inde incljtus Dominus Sebaſtianus Roſmadecius, Baro de Molaco, Eques, in Armoricâ* *Noua donatio.*

*peditum Præfectus militaris, Dinanti* Prorex, *Tutorem agens & Curatorem felicis memoriæ Helenæ de Bellomanerio, Pontis Dominæ, Vice-*Comitiſſæ *du* Fou *& de Bello; aduertens S. Tudæj Eccleſiam nullam, Sacelli, ſimul &* Capellanorum *veſtigia nulla, maximamque redituum partem dilapidatam; quod ſupererat, dono addidit dicto* Carmelitarum *Monaſterio.* Factum *deindè præfata Helena de* Bellomanerio, *per ætatis leges iuribus ſuis aſſerta, comprobauit. Vt prędicti* Dominus, *ſimulque* Domina Pont *Corlaÿ ſuum erga dictum* Ordinem *affectum teſtatum faciant, eorumque precibus participent; præſentibus palam fecerunt, ac declarant confirmaſſe ſe, iterumque his litteris ſe confirmare prædictam donationem: redituum* Capellæ, *&* Capellariæ *S.* Tudæi *præfati Municipÿ cum omnibus bonis, ad eam pertinentibus, vel ab eâ dependentibus; idque in gratiam* Carmelitarum, *in* Pontis Ciuitate *exiſtentium. Quorum* Conuentui *cedunt, donantque donatione irreuocabili; prædia omnia, redituſque omnes prędictæ* Præſtimoniæ *antiquitùs propria: illis vt in perpetuum ceu proprÿs frui, & liberè vti valeant.*

*Quod acceptauit* Pater *Seraphinus à Ieſu, nomine dicti* Conuentus*; eo pacto vt præfati* Carmelitæ, *eorumque poſteri dictos Dominum, ſimulque Dominam* Pont-Corlaium, *horumque ſucceſſores Barones nominati* Pontis *in Armoricâ,* Fundatores *agnoſcant dicti Monaſterÿ: votaque eo nomine ſoluant Deo pro ipſis, ipſorumque anteceſſoribus, & ſucceſſoribus: penſa Diuina*

*ſoluant*

Digitized by Google

*ſoluant dictæ Capellæ annexa. Præſentibus tabulis in eam rem conſignatis, à regijs notarijs & Tabellionibus, Sandrono & Puteano, an.* M. DC. XL. XVIII. *Kalend. Decemb.*

Quâ porrò ratione addita retrò ſit Societati noſtræ Rhedonenſi Pontis Eremus, paucis expromendum. An. M. D C. XXVIII. locis eâ in parte maritimis non inſolens *morbus*, in quo illud Hippocratis θεῖον τι: Conuentum ſic populatus eſt, vt ceteris iliaco dolore extinctis, duo dumtaxat ſupereſſent ſemianimes. Suppetias illicò miſit qui tunc ſecundò Prouincialis agebat, R. P. Theobaldus, P. Cyprianum à S. Dionyſio, cum aliquot è noſtris: annoque ſequenti in Capitulo Iuliodunenſi, Obſeruantiæ aggregatum eſt Pontis Monaſterium. *Reformatur.* Florentibus ab eo præſertim tempore, viris Religioſis; qui toti Armoricæ inferiori, virtutum gloriâ prælucent. Extitit aliquot annis nuntium ſeculo remittentibus tutum refugium, ſacraque ſchola; in quâ inſtruebantur non Platonicâ, Pithagoræâ, Stoicâue Diſciplinâ: ſed Chriſti humilitate, & patientiâ; ceteriſque virtutibus, quæ veram animi præſtant tranquillitatem. Nunc Iuuentutem fouet è Religioſâ Diſciplinâ ad Philoſophicas applicitam, proximè & ad Sacras Theologicas acceſſuram.



Digitized by Google

# CAPVT XXIII.

## *Carmelus Hennebonti olim ſingularis.*

PRÆCIPVVM videlicet ornamentum modicæ, ſed elegantis & peramænæ Vrbis: in quâ olim Ciuium erga noſtros Carmelitas amore & beneuolentiâ, annuente, quin & opem præcipuam ferente Ioanne IV. Britonum Duce, ante annum M. CCC. LXXXXIV. conſtructus fuit. Ea propter donauit in Municipij jugo Baſilicam S. Iuoni Sacram, Princeps optimus: auxeruntque coemptis è viciniâ pomerijs, clariſſimi Domini Rohanus Procomes, & Henricus Pariſius de Spinaforti miles. Verùm ſemel, atque iterum tumultu bellicò obruta eſt modica Domus. Iamque tantiſpèr è priori ruinâ, ope præſertim Ciuis optimi Domini Kmeneſici, emergens; vrgente Mercuriano milite obſidionem, an. M. D. LXXXXVIII. à Præfecto Hennebontenſi diruitur.

*Fundatur.*

*Diruitur.*

Vrbe potitus Dux inprimis Catholicus, ſollicitante præſertim relicto ad cuſtodiam & regimen Hieronjmo Aradono, Domino Quinipilio, ruinas Monaſterij curauit reſarciri. A quo deinceps tempore velut hæreditario Auorum jure, Patrumque

*Reficitur.*

Digitized by Google

traditione, erga nos perſeuerat Ciuium amor certè incredibilis.

Qui profectò in ardentiores erupit flammas, ab an. M. DC. XX. Tum cùm ne omninò periret veteri adhuc calamitate miſella domus; *Obſeruantiæ* Rhedonenſis ſequaces, iſtud Monaſterium incolere cœperunt. R

Non enim anteactis retrò annis alibi pax major, aut vita ſuauior. Conuentus ſedes in muros protenſa, exhibet Eccleſiam intra Municipium vnicam: Ædificia læta ſatis & cómoda, ſi ſemel reſtaurantur: Ciuium liberalitas ſufficiens olim triginta Fratribus & domicilium ſpondebat, & alimentum. Cœli clementiam temperat ad Vrbis mænia, flumen maris æſtu reciproco: vigente pace, mercatura Oceano excercetur negotioſiſſima. Vtriuſque oſtia tuetur Arx famoſiſſima, olim Blauetana: Patrum æuo, Hiſpanis vltimum in Britanniâ minori præſidium. Exinde Ludouici-Portus, Coſſeæ Proſapiæ: iamque per Matrimonij iura & tabulas, Generoſiſſimi Melleræij Toparchia. Ex oppoſitâ parte vno ab vrbe lapide, inſignis eſt *Abbatia* Sanctimonalium ex Ordine Ciſtertienſi, vulgò Beatæ Mariæ Virginis de Gaudio. Paucis verò ab hinc annis cliuoſum in ſuburbio jugum occuparunt, muniuntque Patres Capucini Cœnobio haud quaquam pœnitendo. *Deſcribitur.*

# CAPVT XXIV.

## *Conuentus Viuonenſis reſtauratio.*

VIVONA à fluuio cognomine in agro Pictauenſi Municipium, Auguſtorito vrbe primariâ diſtat leucis omnino quatuor. Eo loci annum circa M. CCCC. noſtri Cœnobium ſortiti ſunt idoneum ſatis, & florens: plures ſiquidem magni nominis Viros extulit, Comitia verò Prouinciæ excepit non pauca. Fundationis gloriam, detorquent nonnulli ad Amboſiam Familiam: ſed vēdicat dudum de Mortuo-mari, eo in Tractu etiam nobiliſſima. Primarios ſaltem benefactores conteſtatur ſepulcrum in medio templi eminens, cum epitaphio.

*olim pulcrum.*

Sed heu! funeſto, quod iam attigi, ſeculo ſupra decimum quinto; ab Hæreticis per Pictones ſacra omnia conculcantibus, pluſquam erebicâ rabie ſuſdeque profligatur. Fato namque erroribus innato, Eccleſia columba ſine felle eſt, ſine roſtro, ſine vnguibus: Hæreſis Vulturum genus rapax, & edax. Notauit id olim Scriptor eximius, Vincentius ille Lerinenſis; in ſuo aduerſus prophanas Hæreticorum nouitates, conſultiſſimo

Commonitorio. Quod ille tum generatim de omnibus, tum verò de Arrianis nominatim enarrat, præſcriptio eſt contra prioris æui Caluiniſtas. Muta enim tempora & nomina, ſimilia habent labra lactucæ. *Cuius quidem temporis*, inquit c. 6. *periculo ſatis ſuperque monſtratum eſt, quantum inuehatur calamitatis nouelli dogmatis inductione. Tunc ſiquidem non ſolùm paruæ res, ſed etiam maximæ labefactatæ ſunt. Nec enim tantum adfinitates, cognationes, amicitiæ, domus: verùm etiam Vrbes, populi, Prouinciæ, Nationes vniuerſum poſtremo* GALLICVM *Imperium funditus concuſſum & emotum eſt. Namque profana ipſa nouitas, velut quædam Bellona, aut Furiâ nequaquam deinceps deſtitit vniuerſa miſcere atque vexare, priuata ac publica, ſacra profanáque omnia: nullum boni & veri gerere diſcrimen, ſed quoſcunque collibuiſſet tanquam de loco ſuperiore percutere. Tunc temeratæ coniuges, depullatæ viduæ, profanatæ Virgines, dilacerata Monaſteria, diſturbati Clerici, verberati Leuitæ. Atqui hæc omnia nunquid vllam aliam ob cauſam, niſi vtiquè dum pro cæleſti dogmate humanæ ſuperſtitiones introducuntur! Dum beneſundata antiquitas ſceleſtâ nouitate ſubruitur, dum Superiorum inſtituta violantur, dum reſcinduntur ſcita Patrum, dum conuelluntur definita Majorum; dum ſeſe intra Sacratæ atque incorruptæ vetuſtatis caſtiſſimos limites, profanæ ac nouellæ curioſitatis libido non continet.*

*Hæreſis damna.*

Verùm nouæ paulatim inſtaurationis conſilium



Digitized by Google

jam anteâ initum, tantâ animi contentione, tantò zelo, ac feruore pietatis; Fratres ex *Obſeruantiâ* aggrediuntur, an. M. DC. XXIX. vt Aggæi Prophetæ verba oracula euaſerint. *Magna eſt gloria domus hujus nouiſſimę, magis quàm primę.* Nam Eccleſia in totum ornatiſſimè reparata, & modicus Conuentus intra monticuli Cliuum, & amniculi ripam perpulchrè ædificatus; D. D. de Mortuomari, & de Tonnecarentio liberalitate jam continet, alitque Religioſos; qui pietate, & Doctrinâ à totâ ferè viciniâ: certè ab Oppido, agroque Viuonenſi Caluinianæ hæreſis peſtem, cœleſtibus amuletis tantum-non depulerunt.

Cap. 2.

# CAPVT XXV.

## *Conuentus in Diœceſi Dolenſi vnicus.*

NIMIRVM Vrbis hujus ad Oceani maclouienſis paluſtria ſitæ Præſul, idemque Comes Richardus Leſmenæus; vacuam Diœceſim ſuam aduertens cætu omni Mendicantium, vt vocamur, Ordinum: quâ erat ſingulari pietate & erga nos affectu, à Benedicto XIII. cui cum Galliâ, Hiſpaniâque minor fauebat Britannia; noſtri homines Inſtituti poſtulauit, & tenore ſequenti obtinuit.

*Fundatur.*

Digitized by Google

*Dudùm ſiquidem pro parte bonæ memoriæ Richardi Dolenſis Epiſcopi, nobis fuit expoſitum; quod ipſe conſiderans, quod in Ciuitate & Diœceſi Dolenſi, nullus Ordo Mendicantium fundatus exiſtebat; & gerens ad Ordinem B. Mariæ de Monte-Carmelo ſpecialis deuotionis affectum, quandam plateam Arabeardi nuncupatam, & ad Epiſcopum Dolenſem pro tempore exiſtentem ratione Eccleſiæ Dolenſis pertinentem, Ordini prædicto donare: & inibi locum pro vſu & habitatione Fratrum dicti Ordinis cum Eccleſiâ, Cœmeterio, Clauſtro, & alijs neceſſarijs officinis fundare & conſtruere deſiderabat.*

*Nos Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Maclouienſi (qui Dominus Robertus de la Motte nuncupatur) noſtris dedimus litteris in mandatis; quatenus vocatis qui forent vocandi, eidem Epiſcopo Dolenſi, donandi præfatam plateam: ac fundandi, ſeu conſtruendi in eâ domum, ſeu locum cum Eccleſiâ, campanili, campanâ, Cœmeterio, Clauſtro & alijs neceſſarijs officinis, pro hujuſmodi habitatione dictorum Fratrum: nec non eiſdem Fratribus locum hujuſmodi de nouo recipiendi, ac perpetuò retinendi licentiam largitur. Datum Maſſiliæ* x v. *Feb. an.* M. CCCC. V.

Mota nihilominus controuertia, noſtros exercuit per quindecim annos; donec prænobilis Dominus Guillelmus de Mont-Albano, litem omnem compoſuit. Ideòque ob eximia illius collata in nos beneficia (quod vbiquè gentilitium ſtemma ſatis, ſuperque indicat) ſecundas partes obtinuit in fundatione.

Digitized by Google

Erectam domum *Miracula* quæ in Sacello Beatiſſimæ Virginis cernebantur: quæque ad præſens vſque tempus perdurant, fecere celebrem. Adeò ſæpè cæci, claudi, naufragi, paralytici; apud ſacras, ſolemneſque Deiparæ Ædes opem feliciſſimè experiuntur. Inter cetera iſtud præcipuè memorandum.

Iuuenis quidam è viciniâ, cui ſolemne erat quolibet die matutinis horis Ædem Diuæ Virgini ſacram inuiſere, humileſque ibi effundere preces; è viuis exceſſit, anno ſalutis M. D. LXXXXX. Effertur tumulo condendus. Sed ecce toto ſtupente funebri comitatu, è feretro exurgens ſe eo die Virginem non ſalutaſſe more aſſueto, ejuſdem Templum velle adire proloquitur. Properat, intrat, gratias agit: gaudet primâ valetudine, & inter viuos viuit. Noſque vidimus ipſi ſub an. M. DC. XX. reſſuſcitati Iuuenis feretrum, ad imum Sacelli parietem in fidem miraculi aſſeruatum. *Miracula.*

Noſtrâ quoque memoriâ puer viſus eſt, à matre voti reâ ad ſacras Ædes allatus; qui per Genitricis inaduertentiam pone fluuium relictus, decidens, diuque ſuper aquâ ludibundus ſeſſitans: narrauit ſe ſpecioſiſſimæ puellæ manu ſuſtentatum, ne mergeretur.

Quin & in dies quotidiano experimento Nautæ varijs tempeſtatibus exagitati, inter ſumma diſcrimina Virginis Dolenſis opem inclamantes: erepti

Digitized by Google

erepti Oceani periculis, San-Maclouij, & aliunde procul huc accedunt magnâ frequentiâ, pedibus nudis, interdum etiam non vltra lineum induſium veſtiti, partim hoſtium tela & jacula geſtantes, partim nauigiorum reliquijs onuſti; omnes pia vota & dona exoluentes, quibus Eccleſiæ parietes conueſtiuntur.

Equidem haud obſcurâ, dubiâue famâ (plures enim teſtes oculatos audiuimus) Lutheranus narratur, ex Daniâ San-Maclouium enauigans, medio in curſu decumanis fluctibus jam jam ſubmergendus. Pauido ad præſentaneæ mortis imaginem, inſtat adoleſcens Catholicus, vota nuncupet Virgini Carmelitarum Dolenſi. Id mihi ignotum, reponit: ſed tu præi vt libuerit, nil non ratum habuero ſi euadimus; mox in ſignum, tormenta bellica duo explodit. Mirum! confeſtim ſani, ſaluique appellunt ad portum; properant ad noſtras Ædes, ibique altari Virginis prouolutus ſenſit ſe tactum intrinſecùs: viquе diuinâ perculſus, non ante recedit quàm à M. Petro Bertheloto, Canonico Eccleſiaſtę S. Sampſonis, Catholicæ Fidei Myſterijs initiatus, inter manus Præſulis Maclouienſis Ioannis du Bec (Dolenſis enim aberat) infandum dogma publicè ejurarit. *Viuit adhuc, qui vidit.*

Nuperis temporibus eo in Conuentu, parando & ornando, Illuſtriſſimorum Epiſcoporum D. D. Reuolij pręſertim, & Louuricrij: nec non præ-



Digitized by Google

*Aedificatur.* cellentis Comitiſſæ de Mortuo-mari, pia liberalitas ſeſe ita effudit; vt ſuſdeque inuerſus, pulcherrimi jam ædificij ſpeciem referat. Ex quo, inquam, an. M. DC. XVI. adjunctum fuit Rhedonenſi *Reformatus an. 1616.* *Obſeruantiæ.* Abhinc etenim Religioſi tum diuinis Officijs celebrandis, tum Concionibus, alijſque Chriſtianæ pietatis officijs; Reipublicæ iuſeruiunt, in Populo ſi vſquam gentium innocentiſſimo.

# CAPVT XXVI.

## *Uno à Veneto Armoricorum lapide, Bonumdonum Carmelitis ſolitudo.*

VBI haud procul à Ciuitate Armoricorum Venetenſi, noſter modo Conuentus inſpicitur: Sacellum Dominæ Boni-doni nuncupatum, extabat jam ab an M. CCC. XIIX. vt ex veteri ad parietem grammate, legentibus fit palam. Fre- *olim Sacellum.* quentibus autem totius Britanniæ Comitijs (vocitabant tunc Parlamenta) pridiè Id. Feb. an. M. CCCC. XXIV. cum trium Ordinum applauſu, vrgente præſertim Reuerendiſſimo Vrbis Antiſtite Amauro Dacigniano, Dux optimus Ioannes V. auctum prædijs, ac reditibus in noſtra jura tranſ-

Digitized by Google

cripſit. Corrogatâ deinde à Fidelibus pecuniâ, necnon Beatricis Roſtrenenſis liberalitate; ea ſumpſit incrementa, quæ modò ſpeciem referunt Monaſterij præſtantiſſimi.

Paucis poſt annis anno, ſcilicet M. CCCC. LXIII. nobilitate ac virtute ad miraculum inſignis, B. FRANCISCA AMBOSIA, Petri II. Armoricorum Ducis vidua relicta, partem pomerij à Patribus noſtris coëmit: in eâque trium Mariarum titulo Eccleſiam ædificauit, cum Monialium Cœnobiolo; quas è Leodienſi Tractu, permiſſu Reuerendiſſimi Generalis Sorethij aduocauerat. In eoque tandem ſpretis ſeculi pompis, Carmelitico habitu induta eſt: Vti latiùs deſcribitur in B. Franciſcæ vitâ, ab vno è noſtris Gallico idiomate concinnatâ: & Illuſtriſſimo Duci Trimollio, ſplendidæ Familię hæredi dicatâ. Verùm quia in ea parte agri, aër ab aquarum qualitate ſatis hodièque inſalubris: Pontificiâ autoritate migrauit deuotiſſima Duciſſa cum ſuis Monialibus, in Prioratum de Scotijs propè Nannetas. Hîc ante Familia fuit Benedictinarum, cujus jus & poſſeſſio, interpellante Britonum Duce vltimo, ad Franciſcam deuoluta eſt. Nec ita multò poſt eædem Sanctimoniales in Vrbis Venetenſis ſuburbio, vbi jam demorantur; Monaſterium conſtruxerunt; opem ferente inprimis R. P. Gaffrido Strabonis, Conuentus noſtri Bonidoni alumno: tuncque Epiſ-

*Sanctimoniales.*

copo Tiberiadis, & Suffraganeo Cardinalis quatuor Coronatorum Venetenſis Epiſcopi. Quæ quidem data in præmeſſum, latiùs in calce Operis offerentur.

Inde totum pomerium poſt pacta & conditiones, noſtris retroceſſit; qui Monaſterium Ducis & Piorum, vt dixi, liberalitate tandem perfecerunt; tàm à Principibus Gentis, quàm ab alijs Optimatibus: præſertim ex illuſtri Familiâ de Kair, de Maleſtroit & d'Aſſigné vtcumquè cenſibus dotatum. Peramænus *locus* hortis, viridarijs, nemore, pratis decorus; qui tametſi juxta viam regiam vno ab Vrbe milliari ſitus, ita tamen vitæ ſolitariæ & Philoſophiæ Chriſtianæ commodus eſt, vt nullus magis. Nulli illuc penetrant Vrbani rumores, nulla ſalutantium turba, nullus garrulis muliercculis ad Cœnobium acceſſus. Vna per menſem Dominicâ in Deiparæ honorem fit ſolemnis ſupplicatio, multâ frequentiâ celebrata. Ceteris diebus mirum inter nemora ſilentium, & quieta ſolitudo; vt rei ſint ſummæ otioſitatis & deſidiæ hujuſce Familiæ inquilini, ſi inter tot Monaſticæ virtutis ſubſidia torpeſcant, ac niſi veterum Anachoretarum præclara quæque facinora æmulentur.

*Reformatur.* Acceſſit hæc Eremus Fratribus Rhedonenſis *Obſeruantiæ*, id aut poſtulante, aut jubente Epiſcopo perilluſtri Roſmadecio. Statim enim atque

Digitized by Google

inſulas attigit, noſtros aduocauit; quibus per conciones, confeſſioneſque in commiſſo ſibi grege vteretur. Miſſis ideò nonullis jam ab an. M. DC. XXIV. perfecta Reformatio Bonidoni inducta eſt; ſub auſpicijs P. Dionyſij â Reſurrectione, qui primus in eo Prioris munus obiuit. Quo tempore forte fortuna, dixerim emendatiùs, Numinis prouido nutu; reperta alicubi eſt latitans pecuniæ ſumma, quæ ſumptus tunc neceſſarios commodè ſuppeditauit. Fuerat quidem olim Bondonenſis Conuentus ex Albigenſi Congregatione, ſeu Reformatione Gallicâ; jam Eremus eſt adeò Ordinis primario Inſtituto commoda, vt vix altera ſolitudo gratior poſſit vel optari, vel reperiri.

---

# CAPVT XXVII.

## *Rhedonis Caput Obſeruantiæ, & origo Reformationis.*

EA in vrbe Armoricorum Metropoli, quam ſedes Epiſcopalis, Gymnaſium è Societate Ieſu percelebre, ſupremaque Parlamenti Curia nobilem efficiunt; Carmelus cœpit deſtinari an. M. CCCC. XLVIII. Moderabatur eâ tempeſtate



Digitized by Google

noſtrum Ordinem Ioannes Sorethius, integritate vitæ eximius vir; qui per optimæ Reformationis canones, in Armoricâ præſertim Carmeliticæ vineæ palmites longè, latèque extendebat. Inde certatim Princeps, Optimates, Plebs ipſa noſtros vbiquè promouere ſatagebant. Quod vt planiùs eluceſcat, libet ſequentes tabulas ex genuino autographo, hîc tranſcribere.

*François par la grace de Dieu, Duc de Bretagne, Comte de Richemont & de Mont-fort: A tous ceux qui ces preſentes lettres verront & oront, Salut. Sçauoir faiſons que pour la grande & ſinguliere deuotion qu'auons d'augmenter en noſtre pays & Duché, l'Ordre des Carmes en l'honneur & reuerence de la glorieuſe-benoiſte Vierge Marie Mere de Dieu: & que auons regardé eſtre bien conuenable, que en noſtre Ville de Rennes qui eſt grande & notable, y ayt vn Conuent d'icelny Ordre.*

Fundatio.

*Pour lequel conſtruire, edifier, & fonder: Nous voulons donner, & élargir de nos biens en auſmone & charité: afin d'eſtre participans des prieres & bien-faits des Religieux & autres bons Catholiques, qui doreſenauant vindront Dieu prier à l'Egliſe, & lieu dudit Conuent. Et ſemblablement deſirons que nos feaux ſubgis, & habitans en noſtre Duché: donnent & départent de leurs biens, meubles, & heritages pour ayder à l'augmentation, edifice & fondation dudit Conuent à leurs bons plaiſirs & volontez, ainſi que leur vindra en deuotion, ſauf à nous à ordonner par apres de l'amortiſſement & autres droits Seigneuriaux.*

Digitized by Google

*Parquoy nous confians en la bonne loyauté. preudomie ſuauence & diligence de noſtre bien amé Orateur & deuot Religieux, Frere Oliuier Iacques de l'Ordre deſdits Carmes du Couuent de Nantes. Iceluy auons choiſi, ordonné & deputé : ordonnons & députons Procureur pour pourſuiure, demander & requerir les dons, bienfaits & auſmones, que nos féaux ſubgis & habitans en noſtre pays, voudront donner, élargir & diſtribuer.*

*Pour ayder à faire l'edifice du Mouſtier & Couuent des ſuſdits, ſoit par heritage ou par meuble, & iceux receuoir & accepter. Et meſme quant afin d'auiſer nos Officiers, & des ſuffiſans Bourgeois de noſtre Ville dudit lieu de Rennes, lieu & place conuenable pour mettre & appoſer le Mouſtier & Couuent deſdits Carmes. A ce que par apres la choſe nous rapportée, nous y puiſſions donner noſtre conſentement, & faire les autres choſes neceſſaires, ainſi que ſera aduiſé par nous & noſtre Conſeil. Auquel Frere Oliuier, de faire toutes les diligences & pourſuittes, enuiron cette matiere pertinentes : & receuoir les dons, & auſmones par tout noſtre pays ; Nous auons donné & donnons plein pouuoir, autorité de par nous, & mandement eſpecial. Donné en noſtre Ville de Nantes, le ſixieſme iour de Iuillet, l'an mil quatre cents quarante & huict. Par le Duc, de ſon commandement GVENEMAR.*

Oblatam ſtatim occaſionem amplexum ſe teſtatur, niſignis Dinaſta D. de Maleſtroit ſequenti programmate : quod etiam conſultò, vernaculum relinquimus.

*A tous ceux qui ces preſentes lettres verront & orront, Iean ſieur de Maleſtroit & de Largoüet, Vicomte de Belliere & Mareſchal de Bretagne, Salut. Sçauoir faiſons que autrefois, & dés le ſixieſme iour de Iuillet l'an que dit fut mil quatre cents quarante & huict; pour la ſinguliere deuotion que nous auons à l'Ordre des Freres de noſtre Dame du Carme, & à la Glorieuſe Vierge Marie Mere de Dieu, Aduocate & Patrone dudit Ordre. Dediant affectueuſement l'augmentation dudit Ordre. Et enſpecial d'vn Couuent nagueres ordonné eſtre faict & fondé en la Ville de Rennes, & afin d'eſtre participans nous & nos parens & amis, predeceſſeurs & ſucceſſeurs és prieres & bienfaits des Freres dudit Couuent à iamais en perpetuel.*

*Nous de noſtre bongré & ſans aucun par-forcement, ne deception; auons donné & octroyé, cedé, quitté & tranſporté: & par ces preſentes donnons, quittons, cedons & tranſportons pour nous & nos heoirs aux Freres dudit Ordre; vne Maiſon à nous appartenante auec jardins, cuiſine & toutes & chacunes ſes appartenances, appellée anciennement la maiſon du Vicomte; ſiſe en la vieille Ville de Rennes, joignante d'vn coſté au chemin & rüe par où l'on va de S. Pierre de Rennes à la Chapelle de S. Denys, & aboutiſſante d'vn bout à vne Rüe qui fait le trauers, en allant d'icelle Rüe à la Rüe du Four du Chapitre. Donné & fait en noſtre Ville de Maleſtroit, le premier iour de Decembre, l'an mil quatre cent cinquante. Ainſi ſigné Iean de Maleſtroit, S. de Quantra, fut preſent, & ſeellée de cire rouge du ſeel dudit Seigneur.*

Porrò

Porrò eane vnquam ſedes, à noſtris fuerit habitata, non illegitimè ambigitur; quando ſequenti mox an. M. CCCC. L I. Caſtellum in Vrbe inferiori *Tornjolium*, felicem eam vicem legitur ſubijſſe, vt in Monaſterium demutaretur. Hîc igitur inter nonnulla obſtacula, Fidelium liberalitate tenui ſatis re victitatum; donec poſtmodum Franciſci II. Ducis, gnatęque illius Annæ beneficio increuimus. Secundum deindè Principes, Clariſſima Gens Torniolæa, itidemque Madeucæa (cujus jam hæredes per Mauræam, cenſetur Familia Rupechouardæa, alias de Mortuo-mari) munus obiuit fundationis. Certi etiam honores manent, ex inito viciſſim pacto ob conceſſa nobis prædia, illuſtriſſimos D. D. Lauallæos; quibus etiam poſteri Trimollæi, legitimè potiuntur. *Vera ſedes.*

Hinc per annos conſequentes fructus Carmelo dignos, vberes, ſuaueſque protulit Domus ea Rhedonenſis. Sed eheu! vrgentibus bellorum ciuilium tumultibus, an. M. D. LXXX. à ſeculi viris inhabitari cœpit: relictis ſolumnodò circa Eccleſiam tuguriolis quinque, aut ſex Fratrum incommodæ commorationi. At tandem per pacis beneficium, Gallicâ re compoſitâ; quæ bellorum tempore friguerat pietas, incenſa nouo calore paſſim cœpit refloreſcere. Hæc inde *Domus*, vltima ferè omnia ab extraneis perpeſſa: per ſeptem Viros, duos præ ceteris egregios Patrem Petrum Be- *Deſolatur.*



Digitized by Google

hourtium, & Patrem Philippum Theobaldum: illo incipiente, hoc annitente & perficiente; ad ſummum Religionis decus, mirantibus vniuerſis, nec ſine iteratis ſæpè miraculis prouecta eſt. Pauca è multis retrò ſelegimus, capite v. Vbi oſtenſum Domum iſtam inter nouas, vetereſqne mediam, limitem eſſe & terminum vetuſtatis: caput verò, initium & originem ſanctæ Reformationis.

*Origo Reformationis.*

*C. 5. & 6.*

Sanè ab an. M. DC. IV. prælucet Carmelus Rhedonenſis totius Galliæ, fortaſſis etiam, (verecundè, ſed verè loquor) vicinorum Regnorum Familijs Carmeliticis. Quippe quæ, ſine inuidiâ niſi meliorum Chariſmatum, nullam aliam ſãctioribus inſtitutis vigentem, æquioribus legibus moderatam: vitæ regularis diſciplinâ, pietate ſimul & eruditione ſplendidiorem agnoſcunt. Fons paruus verſus in fluuium magnum, fluuius verſus in ſolem: Mirum! quàm paruâ manu renouatus initiò hic Cœtus, quàm ſubitaneâ fœcũditate excreuerit in copioſam turbam. Nam ſola hęc Familia, quæ ante vix, ac ne vix quidem ſex Aſcetis ſufficiebat: modò rarâ Ciuium liberalitate centum plerumque fouet, ac nutrit.

*Eſther. 10.*

Adde per eam *totius* Prouinciæ, quam depingo Turonenſis, Conuentus ad primæuam antiquorum Patrum integritatem: ad priſtinam regularis diſciplinæ, exactamque Obſeruantiam reuocatos. Adde ab externis quoque Prouincijs, Principibuſ-

Digitized by Google

que (quod ſupra retuli) certatim expetitos Car-
meli Rhedonenſis alumnos. Nec vrgebo, ne pro-
prij calami laudes ſordeſcant; quot & quanti ex
illâ ſcaturigine quà concionibus, quà Philoſophi-
cis, Theologiciſque diſputationibus: qua pijs &
eruditis elucubrationibus, quà omnigenæ pietatis
& ſcientiarum excercitijs; Deo juuante, ac Dei-
parâ adjuuante toti Galliæ feliciter illucent.

Hæc nimirum germinauit, cui gloria Carme- Iſa. 35.
li data eſt, decor Libani; vt fœcunda parens pluſ-
quàm octingentis intra quadraginta annos, filijs
aucta lætetur. Neque ad meliorem frugem, vete-
res ſolummodò Conuentus reduxit: ſed ob excreſ-
centem Alumnorum multitudinem, nouas quo-
que Colonias plures ducere coacta eſt: ſperamuſ-
que, ſi fideles Deo comperimur, alias in dies exci-
tari. Vt nobili Carmelitarum Rhedonenſium Fa-
miliæ, Prophetæ vaticinium meritò aptari quæat;
*Lætare ſterilis, quæ non paris; quia multi filij deſertæ,* Galat. 4.
*magis quàm ejus quæ habet virum.*

Quod vt cedat proſperè, vnum id procuran-
dum, & ab optimo Deo etiam atque etiam expe-
tendum; vt ſcilicet fideles in paucis, ſuper multa Matth. 25.
conſtituamur. Terminos ne moueamus, quos ſa- Prouerb. 22.
pienter poſuere Patres noſtri: pergamuſque porrò
per virtutis incrementa, ad brauium Carmeliticæ
vocationis. Fiat, fiat.

# CAPVT XXVIII.

## *Conuentus Sancti Joſephi, Obſeruantiæ primogenitus.*

*Occaſio fundationis.*

CRESCEBAT inter conſueta magnorum operum obſtacula, Rhedonenſis Carmelitarum Reformatio; cum an. M.DC.XIII. beatæ, ac felicis memoriæ *Chriſtophorus Fouquetius*, Eques Regius, Sacrique Conſiſtorij Comes: Præſes tum in ſupremâ Armoricorum Curiâ, conſilium iniuit nobis proficuum, ſibi non indecorum. Nocte quâdam inſomnis, ſeriò cæpit reuoluere; quid pro omnibus quæ à Deo liberaliter acceperat, qualicumque compenſatione rependeret? Occurrit ſtatim è Cœlo, vt credidit, Carmelitarum Rhedonenſium egregium ſanctitatis ſpecimen: decreuitque illicò non ſibi, & inſigni ſuæ Familiæ (quod pridem cogitabat) ſed Domino, Chriſtique Parenti palatium exædificare. Primo igitur die (Iouis erat in Cœnâ Domini) adit Carmelitas, inque illis R. P. Philippum Theobaldum Priorem; qui tunc aſylum quærens naſcenti Obſeruantiæ, ſimile quid cogitauerat. Hunc rogat Præſes illuſtriſſimus, vt velit Hoſpitiolum in Deiparæ honorem, juxta Præ-

Digitized by Google

torium ſuum Chalenſe acceptare, præcipuam veluti ſuæ poſteritatis hæreditatem.

Eodem temporis momento noui, vt ajebam, Conuentus Reformationi Carmeliticæ conſtruendi *neceſſitas vrgens*; à tanto viro oblatum de cœlo munus, facilè perſuaſit. Paucos poſt conſultationis dies, decantatâ ſolemniter miſſâ de Spiritu ſancto, ad quam ambo Conjuges ritè per exomolageſin præparati, ſacris participauerunt; indulgentiori gratiâ, jam ardent omnes in nouum, integrumque Cænobium. Res actutùm à publicis Actoribus, tabulis mutuò obſignatis ſancitur. Nec morâ an. M.DC.XV. IV. Kalend. Maij, Vir omnibus titulis magnus cæpit, conſtruxit, perfecit. Cenobium prædijs, ſupellectile, præſertim haud ignobili Bibliothecâ inſtruxit: curauitque anno deinceps M. DC. XVIII. à Reuerendiſſimo, & illuſtriſſimo Andegauenſium Præſule Guillelmo Fouquetio Varennio, locum conſecrari. Quod incredibili è totâ viciniâ Plebis concurſu, paractum XI. Kal Decemb. an. M. DC. XVIII. ipſo Præſentationis feſto die, teſtatur formula ſequens. *Præparatio.* *Aedificatio.*

*Anno Domini* M. D.C. XVIII. *Die verò vigeſimâ primâ menſis Nouembris. Ego Gulielmus Epiſcopus Andegauenſis, conſecraui Eccleſiam, & Altare hoc, in honorem S. Ioſeph. Et reliquias Sanctorum Petri Principis Apoſtolorum, & vnius ex vndecim millibus Virginibus, vnius ex socijs Dionyſij Martyris, in eo incluſi. Et ſingulis*

*Chriſti Fidelibus hodiè vnum annum, & in die Anniuerſarij conſecrationis hujuſmodi, ipſam viſitantibus; quadraginta dies de verâ indulgentiâ, in formâ Eccleſiæ conſuetâ, conceſſi &c.*

*Primo conditus.* Aquo tempore *primigenia* Rhedonenſis Obſeruantiæ Eremus à noſtris inhabitatur, inter Armoricorum & Andinorum confiniâ; vitæ Regularis, Innocentiæ, nec non Monaſticæ Philoſophiæ aptiſſima. Totam Fundationem ipſemet Dominus Fundator, vt erat eruditiſſimus; proprio ſtylo poſteritati teſtatam voluit ſequenti tabulá, quam ſibi exegit ære perennius monumentum.

*Acta Fundationis.* *Quod Dei optimi Maximi nomen augeat, & pacem exoret; profiteor ego Chriſtophorus Fouquet miles, excitaſſe à fundamentis, & ſuppellectile intruxiſſe juxta Prætorium meum de* Chalain: *Baſilicam,* Cel*lamque appendicem illam S. Ioſephi, hanc S. Chriſtophori memoriam; cum membro tam triclinari quàm cubiculari, atque ambitu cripto-porticus. Quâ in re conſilium meum fuit, vt Deus quibus Eccleſia ſolet, ritè colatur officijs: ſed Religioſorum dumtaxat Virorum ex* O*rdine Carmelitico, qui vitam agant ad canones Familiæ Rhedonenſis: & ſuffragentur mihi,* C*onjugi, liberis,* G*enti, deceſſoribus & ſucceſſoribus meis. Ideò ad exibitionem Sacerdotum qui Deum curaturi ſunt, ſuper Iuniores & Miniſtros etiam dedi, donaui præbenda vini, frumenti, aliamque dotem, partim prædiorum cum inſtructo, partim pecuniæ. Quibus legibus, & conditionibus in publicis tabulis ritè, atque ordine exarata eſt, an.* M DC.XVI.

Digitized by Google

Ipſemet vltimam ſibi domum ſelegit in Sacello, quod inſcripſit S. Chriſtophori, ad dextrum majoris Altaris latus. Vbi etiam viſitur ſequens monumentum, à noſtris tanti Viri nunquam tacendæ memoriæ collocatum; poſtquam Luteriâ, vbi deuixit, allatum cadauer ejus eſt, ſub comitatu R. P. Bernardi Vaillacæi noſtrorum Diſcalceatorum Prouincialis meritiſſimi, an. M. DC. XVIII. *Sepulcrum.*

NOBILISSIMI AC ILLVSTRISSIMI VIRI, D. D. CHRISTOPHORI FOVQVET MILITIS, DOMINI DE CHALAIM, REGIS CONSISTORIJ COMITIS TVMVLVS.

*COgitabundus ſiſtis hoſpes, quæris quid hoc? & ignoras. Attende, neu neſcius quærare. Hoc ſarcophago conditum eſt corpus præcellentis animæ, cui concunctum vnus erat ille Chriſtophorus Fouquet, inter Illuſtres Illuſtriſſimus. Cujus pietatem hocce Cœnobium ab ipſomet à fundamentis erectum, Deiparæ & Sponſo dicatum, Carmeliticæ Familiæ donatum æternùm teſtabitur, prædicabit æternùm. Eius doctrinam, iuſtitiam, prudentiam, in conſilijs omnimodam ſapientiam; acta vita comprobarunt, ſuperſtites teſtantur, poſteri celebrabunt. Hunc Senatus Armoricus iam ab annis plurimis, Præſidem habebat digniſſimum: cum Ludouicus Juſtus, & per*

Digitized by Google

*omnia juſtiſſimus ſuper vnicâ Prouinciâ tantum ſidus lucere non paſſus, ad Regij Conſiſtorij Comitatum euexit. Tum quid? Cujus in judicijs oracula, Armorica, ſola reuerebatur; huius poſt in Conſilio reſponſis ipſemet Monarcha gratulatus eſt, Principes applauſerunt: quin et Conſiſtorium totum, eius dictis optimum ſæpiùs iudicauit aſſuffragari. Sed heus! omnia curſu raptantur præcipiti. Raptus eſt, non tam morti, quam cælo maturus. Non deceſſit quidem, diſceſſit tamem. Sobolem generoſam, illuſtrem mundo reliquit imaginem ſui, pietatis hæredem, virtutis, honoris. Mortuus eſt victurus, quia vixit vt moriturus. Mortalis vixit annos.*

*Deo, Regi, Patriæ pluſquàm ſibi.*

*Obijt Idibus Innij, an. Domini* M. DC. XXXIIX. *Meliorem eius partem cælo miſſam, receptant ſidera: quod ex terrâ fuit, ad tempus hoc ſepulcro reſeruendum conceditur; poſt, ſed feliciùs proferendum. Vale hoſpes, & horum ſcius vt moriturus viue, & viuens pro mortuis precare.*

EPITAPHIVM.

*Epitaphiũ.*

*Hic vbi Chriſtophorus Chriſto ſacrauerat Ædem,*
*Chriſtophorum ſuperâ Chriſtus in arce locat.*
*Sic vbi Chriſtus erit cælo, terrâue manebit.*
*Chriſtophorus cælo, Chriſtophoruſque ſolo.*

SVPER TVMVLO FVNDATORIS POSVERVNT FRATRES CARMELITÆ DE CHALINO, MOERENTES ET PRECANTES.

Vna ſimul vna decumbunt chariſſimæ Vxoris reliquiæ

reliquiæ duobus ante annis defunctæ, in ipſomet Chalenſi Prætorio. Cujus memoriæ diuerſi parentarunt.

EPITAPHIVM LECTISSIMÆ FÆMINÆ, DOMINÆ ELISABETTÆ BARRIN DV BOIS-GEFROI: D. D. CHRISTOPHORI FOVQVET MILITIS, DOMINI DE CHALAIN, REGIJ CONSISTORIJ COMITIS, VXORIS; CVJVS CORPVS IN ÆDE SACRA CARMELITARVM, QVORVM COENOBIVM FVNDARVNT, ET IBIDEM MAGNIFICE EREXERVNT, QVIESCIT.

*Epitaph. Clariſſimæ vxoris.*

*HIc Barrina iacet, quæ claro nobilis ortu:*
*Nobilior meritis, mulier digniſſima vitâ:*
*Coniuge Chriſtophoro felix, quem prole parentem*
*Egregia fecit toties: fundauit vterque*
*Hanc Ædem patrioque ſolo, cœloque daturam*
*Innumeros Ciues, Carmeli rore beatos.*
*Ambo prælucent virtutibus, Armoricoſque,*
*Pariſioſque inter; quando hæc ſuper aſtra futura*
*Deliciumque Dei, deſideriumque mariti,*
*Finiuit ſanctè, quod ſanctè duxerat æuum.*

Obijt Lutetiæ Kal. Decemb. an. ſalutis M. DC. XXVII.

Sebaſtianus Cohon, Canonicus & Scoliarcha Eccleſiæ Nannetenſis, mærens benèmeritæ poſuit.



Digitized by Google

NOBILISSIMÆ FÆMINÆ D. ELISABETH BARRIN DV BOIS-GEFROI, DOMINI CHRISTOPHORI FOVQVET MILITIS, DOMINI DE CHALAIN, REGIJ CONSISTORIJ COMITIS.

EPITAPHIVM.

*ELiſabeth Barrin Fulqueti Præſidis vxor,*
*Hîc, vbi venerunt ambo iacere, iacet.*
*Nobilis & genere eſt, & ſponſo, & prole refulſit,*
*Æquauit meritis hæc aliena ſuis.*
*Ornauere duæ virtutis pectora gemmæ,*
*Grata Deo pietas, coniuge digna fides.*
*Hanc montis Diuæ Carmeli condidit Ædem,*
*Hinc aliam in Cœlo reddidit illa domum.*

*Obijt* XVIII. *Kal. Decemb. an. ſalutis* M. C. XXVII.
*Petrus Pullanus in Nannetenſi Curiâ Aduocatus, æternum Obſeruantiæ ſuæ poſuit monumentum.*

Optimorum parentum diſceſſum, heu nimis maturum! ſolantur rediuiui filij, in ſuprema Armoricorum Curiâ infulati *Præſidis*, merita ſanè incljta: necnon totius perilluſtris Familiæ, aduerſus Carmelitas affectus ſingularis.

Proximè verò ad Fundatorum pietatem accedit quotidianis beneficijs, inſigne Mona-

ſterium *Nidauium:* tribus dumtaxat leucjs, à noſtro diſiunctum. Vbi magno numero Virgines Benedictinæ ſpirant odorem virtutum, quas ab optimâ Matre, eâdemque digniſſimâ Abbatiſsâ didicerunt. Aemulabanturque cum magnę ſpei ac virtutis Coadjutrice, Matris erga noſtrum S. Ioſephi Carmelum amicitiam; ſignis ſanè plurimis, & clariſſimis monimentis teſtatiſſimam. Breui tamen Parca immitis, volui dicere cœleſtis Prouidentia eo nos ſubſidio frui permiſit. Defunctas enim ambas diu lugemus, laudauit verò Pater Irenæus, à S. Catharinâ; è cujus funebri in vtramque oratione duplici, lecta quæ ſequuntur elogia.

*Abbatia de Nidoiſeau Benedict.*

ÆTERNÆ MEMORIÆ.

*Qui hàc legis iter, Viator:*
*Paulùm interſta, & hæc lege.*

*Quæ hanc Eccleſiæ, ac Cænobij molem,*
*Vetuſtate ruentem:*
*Quæ Religioſæ Diſciplinæ ſpiritum,*
*Tamtum non emortuum:*
*Quæ Chriſto Regi, ac Sponſo SS. Virginum,*
*Copioſum Chorum*
*Inſtaurauit, Excitauit, Addixit.*
*Fidei, Mentis, Pudoris, multo zelo:*
*Et Suarum Odore Virtutum, vſquequaquè ſuaue ſpirante.*



Digitized by Google

## FRANCISCA ROY.

*Huius Loci Abbatiſſa, Mulier illa fortis;*<br>
*Procul, & de Niuernij finibus*<br>
*Haud ſine Prouidente Numine inuenta:*<br>
*Quam lugent Indigenæ, Aduenæ ſtupent:*<br>
*Beant Superi, Poſteri colent;*<br>
*Minore ſui parte, quâ mori potuit, hîc Iacet.*<br>
*Surſùm quò aſpirauit, aſſurrectura*<br>
*Ad fixas beatæ æternitatis manſiones.*<br>
*Hos Cineres venerare, Hoſpes, has odorare fragrantias;*<br>
*Et ſparſis Virgineo ſuper loculo floribus,*<br>
*A B I.*<br>
*Vtinam ſic victurus, & reuicturus.*

*Fuit annis* 61. *Præfuit* 26.<br>
*Defuit* 21. *Maij An.* 1643.

R. I. P.

## SANCTIS MANIBVS.

*Quò te, Viator, pedes; ſecundus hic lapis*<br>
*Etiamnum vocat?*<br>
*Heu!*<br>
*LVDOVICA illa* BELLÆA *à* PLAVDE,<br>
*Virtute pariter, vt ſtirpe nobilis:*

Digitized by Google

*Grandæua meritis, non annis:*
*Trophæum mortis, Spolium Libitinæ*
*Iacet.*
*Quomodo vita, ſic mors.*
*Vita! qualem pauci viuere; vixiſſe omnes cuperent.*
*Mors! qualem contingere,*
*Felicitas.*
*Viden' vt cordis iugis ſerenitas, oris ſuauitudo,*
*Frontis verecundia, oculorum pudor,*
*Genarum macies, linguæ temperantia;*
*Virtutes! olim ſuæ, nunc ſolę*
*Propè lugentes ſilent?*
*R. D. ROY, 25. ann. Partis Abbatialis ſocia,*
*At meritorum vbiquè conſcia;*
*Vix* XV. *menſes deinde Abbatiſſa,*
*Deceſſit.*
*Neutra vt fato, ſic tumulo diuelli potuit;*
*Ne mors diuideret, quas vita ſociauit.*
*Neutra alibi, quàm in Choro condi debuit;*
*Quia vtraque,* Cor *omnium fuit:*
*Vtraque* C*horum virtutum & Virginum fouit.*
*Hæc maximè; velut in opere quod extruxit.*
*Sic Sorori Soror,* Carl*æa Prioriſſa, mœrens:*
*Sic Matri Filię, Chorus omnis,*
*Æternitatis* Candidat*ę*
*Parentant.*
O*bijt* 2. *Aug.* 1644. *Ætat. ſuę* 42.
R. I. P.



Digitized by Google

# CAPVT XXIII.

## *In littore Guildonenſi, Maria Boni-portus.*

GVILDONIVM Arx eſt juxta mare antiquitate nobilis, & olim cum inclyta Dinacenſis Familia vigeret, ejuſdem ditionis: nunc temporum decurſu, nobiliſſimi Marchionis San-Laurentij juribus ſubdita. Ibi ad reflui Oceani littus, cum antea hinc & hinc duo ſtarent Xenodochia; veteres Dynaſtæ ſub finem decimi tertij Seculi in honorem Dei, Chriſti Matris, Sanctique Ægidij Sacellum erexerunt; cui octo quos vocabant Capellanos, ſacris operaturi alebantur.

*Vetus fundatio.*

Labentibus deindè ſeculis duo, vel tres dirutis, expilatiſque omnibus vix ſupererant; vnde admodùm imminutus ſplendor cultus diuini. Hunc verò non ſolùm ad primam, ſed ad majorem ſimul & auguſtiorem reuerentiam adducere: egregiâ erga ſuperos reuerentiâ Dominus Marchio exoptans, noſtros huic ſacro muneri voluit adhiberi. Ideò ſub beneplacito Illuſtriſſimi Epiſcopi, nobiliſſimique Capituli Maclouienſis: necnon Reuerendiſſimi Generalis aſſenſu, ſummâque Pontificis autoritate

Digitized by Google

ac Regis; Collegium illud ſeculare, induit regularis Obſeruantiæ gratiorem, fauſtioremque formam, an. M. DC. XX. Cum in peruigilio Virgineæ Conceptions, ab illuſtriſſimo Maclouienſi ſacrum Euchariſtiæ pignus, præparato Altari creditum eſt. *Tranſlatio.*

In ceteris Sacræ Ædes non ingratæ monumentum habent, quod anticipata incljti Marchionis pietas; proprio Epitaphio, totiuſque Fundationis relatione reddidit illuſtre. Gallicam relinquimus, quoniam ipſiſſimis verbis nigro inſcripta marmori eſt.

*Cette Egliſe a eſté premierement fondée, par les Seigneurs Barons du Guildo: dotée par Charles & Robert de Dinan, Barons dudit Guildo & de Chaſteaubrient, en l'an* M. CCCC. XX. *de grands & amples reuenus; affectez à huit Chapellenies, ſeruies par huit Chapellains Preſtres; à la charge de faire prieres pour tous les Seigneurs dudit lieu, & leurs Succeſſeurs: & faire celebrer quatre Meſſes par iour à leur intention, l'vne d'icelles à haute voix en ladite Egliſe.*

*Depuis l'empirance des Siecles ayant apporté la corruption des meurs, & les Guerres ſuruenües en l'an* M. D. LXXXVIII. *la ruine de cette Egliſe; elle a eſté augmentée & reedifiée par haut & puiſſant Seigneur Meſſire Iean d'Auaugour, Marquis du Bois de la Mothe, Baron dudit lieu du Guildo &c. Qui a eſtably en icelle les Religieux Reformez de l'Ordre du Mont-Carmel; l'an* M. DC. XX. *Auſquels il a donné les Iardins & Vergers*

Digitized by Google

*de ce Monaſtere, & leurs a octroié les rentes &c.*

*Et outre ſont obligez leſdits Religieux au iour du deces dudit Seigneur Marquis, de dire vn ſeruice auec vigilles de Morts, & durant l'Octaue, chacun iour en ladite Egliſe vne Meſſe à baſſe voix: & leſdits iours de l'Octaue, & du bout de l'an Seruice auec Veſpres des Morts. Et durant la vie dudit Seigneur Donateur, les iours de noſtre-Dame diront la Litanie de la Vierge à ſon intention. Et ce du conſentement du R. P. en Dieu Monſeigneur* Guillaume *Eueſque de S. Malo, autoriſé par ſa Sainteté à la ſupplication dudit Seigneur Marquis, & du General dudit Ordre: ſous le Regne de Louys le Iuſte XIII. du nom;* Roj de *France & de Nauarre; lequel appreuuant les ſaintes actions dudit Seigneur, a confirmé ledit Eſtabliſſement & donation des ſuſdites choſes, & icelles amorties par ſes lettres de l'an* M. DC. XXI.

Iuſſit & clariſſimus Inſtitutor, tituli quoque demutationem. Quia enim reſtagnante Oceano naues huc appellunt, iacetque portus ex vtrâque ripâ: placuit Semnæum, DOMINÆ NOSTRÆ BONI-PORTVS deinceps nuncupari. Cui ſjnonimum locum haud procul Cretâ, memorat Apoſtolus ſuâ in nauigatione; *Venimus*, inquit, *in locum quendam qui vocatur Boni-portus*

Noſter porrò Guildonenſis locus, amœnus eſt in montis crepidine; à quo proſpectus in Oceanum patet, quàm-latè poteſt figi obtutus. Horti præter ſterilis maris vinciniam plantis, herbis, arboribuſque

Actor. 27.

buſque conſiti. Iamque muneribus clariſſimi Marchionis Ioannis Dauaugour, illiuſque nobiliſſimæ Sponſæ Margaretæ d'Iliers (cujus erga nos ſingularis beneuolentiâ) ac Religioſorum ſedulitate nouis ædificijs, gratiſſima ſolitudo eſt. Sedes, inquam, à ſeculi rumoribus, ſtrepituq; ſecreta, veræ & ſanctæ ſapientiæ officina; quæ in ijs maximè ſeceſſibus, diligentium corculum amat alloqui. *Oſee. 2.*

# CAPVT XXX.

## *Quintinini Virgo Boni-nuncij.*

QVINTINVM Vrbs eſt Diœceſis Briocenſis Mercatoribus inhabitata, ſicut telæ candidiſſimæ negotiationi intentis: ita ſummo animi candore, & ſimplicitate viris. Hos frequenter adibant Carmeli Rhedonenſis Religioſi, quò ſacris Concionibus adoleſcentem hominum fouerent pietatem. *Occaſio fundationis.* Noſtrorum igitur exemplo & ardore, erga Beatæ Virginis Ordinem accenſi Ciues, nos ſummo amore expetiuere. Multas idcircò noſtris adhibuere preces; quibus & Virorum innocentiâ illecti, poſt Regia diplomata, Illuſtriſſimique Diœceſani ratam licentiam, Capituli Prouincialis



Digitized by Google

an. M. DC XIIX. decreto, eam Vrbem incolere definitur.

*Ciues ipſi fundatores, maximè D D. Coniaci.*

Suppeditarunt magnâ liberalitate impenſas, *Ciues ipſi Quintinenſes* omnes: & in omnibus nobilis, & piæ memoriæ Villapilonius; qui præcipuam rerum noſtrarum curam ſuſcepit, quam hodièque nobilis illius Familia conſeruat. Ab iis igitur ſub illuſtri protectione Ducis Domini Trimollij, etiam antequam nomen daret fidei orthodoxæ Djnaſtæ integerrimi; perampla Eccleſia, amplæ domus viridarijs, hortiſque peramænis extructæ, nec ſine annuis aliquot reditibus conſpiciuntur. Incredibilis profectò Quintinenſium erga nos affectus, quos ſolos habent in ſuo Municipio Regulares. Teſtis illius, ſingulari quoque erga nos beneuolentiâ loci Antiſtes San-Briocenſis, Dom. Andræas Portæus Porcenſis: tum cum ipſe ſuo cinctus Clero, noui Monaſterij primitias voluit dedicare. Contigit id VI. Kal. Maij an. M. DC. XX. ipsâ, in candidum auſpicium, Dominicâ in albis.

Tum etenim celebratâ oratione quadraginta horarum in Vrbis majori Eccleſiâ, affuit ingens Populorum multitudo ad encænia, & plenarias Pauli V. indulgentias, vndiquè effuſa. Deſtinatâ die Præſul infulatus, ſolemnem indixit luſtrationem, ſeu proceſſionem; in quâ noſtri omnes eruditi ad Virgineam modeſtiam, geſtabant ſinguli Dominicæ paſſionis inſignia: crux lignea ingens

ſimul deferebatur, ad locum vbi erecta Eccleſiam deſignauit. Habitæ tunc Confeſſiones, Concioneſque innumeræ; in quarum primâ R. P. Behourtius, ex Ciuium reuera Fundatorum voto, BONI-NVNCIJ Conuentum indigitauit. Quanta dum id ageretur exundantis Vulgi lætitia, pietas, feruor, deuotiò; manantes ab omnium oculis lacrjmæ, palam edixerunt.

*Solemnitas Crucis erectæ.*

*Nominatur Conuentus.*

Anno dein M. DC. XXI. P. Michael ab Aue Mariâ, noua ædificia molitus eſt haud procul Municipio; patenti cliuo, cœloque. Vnde per hortos, prata, vireta, pomeria perampla, fontiſque riuos limpidiſſimos, aſpectus eſt circumquaquè gratiſſimus. Mox ab an. M. DC. XXIV. ſub primo Priore Iuone à Sancto Callixto, ſacra officia ibidem peragi cœperunt, & inſtitutum exerceri Carmeliticum; quo diu, noctuque Deo, ſibi, diuiniſque legibus vacare præcipiuntur.

Monaſterij cenſum toterabilem, Capellis duabus ex Pontificio, Regioque annutu auxit præcipuè Franciſci du Bois Gueheneuc, Dom. de Caro, nobiliſſimi inter Armoricos *Sacerdotis* liberalitas. Quippe cum noſtræ regulari Diſciplinæ jam ætate maturior, vires corporis haberet impares: habitu exutus reliquum vitæ, inter Monaſticæ pietatis exercitia finiens, ſupplicationem SANCTISSIMI SACRAMENTI menſtruam, ſummâ deuotione fundauit.

*Donatio Dom. de Caro.*



Digitized by Google

Hominis Dei juuat meminiſſe , quc er Fratres natu Septimum, ſæpiùs ſtrophulas perſanantem vidi ipſemet ; neſcio magiſne natalium beneficio, quàm jeiunij , eleemosjnæ, orationis, pænitentiæ, aliorumque ejuſmodi paraturâ. Mortuus conditur in Conuentu Ploarmelenſi , cor verò legauit noſtris Quintinenſibus ; vtrobiquè in Domino quietum , & Apoſtolico teſtimonio beatum ſecuta ſunt opera virtutum innumera.

*Apoc. 14.*

---

# CAPVT XXXI.

## *Sacrarium Sanctæ Annæ, Miraculum.*

ET hoc quoque noſtro ſeculo minimè abbreuiata Dei manus, mirabilem ſe oſtendit in ſuis Sanctis : & ad eorumdem preces, exhibet ſuæ poteſtatis miracula. Nam anno currente M.DC.XXV. non longè ab Vrbe Alræa ( Aulam regiam vocant alij ) in Venetorum Diœceſi quà inferior Armorica incipit ; Agricola Iuo Nicolazic miræ ſimplicitatis Ruſticanus, pagum Kanna, veteri Armorico nomine ſic nuncupatum, incolebat.

*Exordia à Miraculis.*

Huic maturæ ætatis, & exploratæ probitatis viro ; obtigit per decem & octo menſes frequens

Digitized by Google

VISIO de nocte, prægrandis & eximiæ formæ Mulieris, cœleſti lumine conſpicuæ. Illa hominem vrgebat, vt deſignatum cœleſti lumine agri de Bocenno locum foderet: vbi ſpondebat inuenturum ſe imaginem obæſam, quæ olim Diuæ Annæ apud Superos regnantis ſpeciem referret. Verba ipſe à ſe noctu, & vigilante audita retulit juratus in actibus publicis. Videbatur ergo ſibi videre in medio jubare venerabilem Matronam, ſic
» ſe alloquentem. O Iuo Nicolaſic, ego ſum An-
» na, quam toties precatus es. Sed vnum jam illa,
» à te expoſtulo, vt tuo Rectori dicas; fuiſſe olim
» Ædiculam hîc in Bocenno, meo nomini & hono-
» ri erectam. Hanc reſtitui, repararique nuc cu-
» pio; quæ à nongentis viginti quatuor annis &
» menſibus ſex funditùs corruit, ſolo adæquata.
» Primarijs temporibus, condita fuerat ad hono-
» rem meum, & gloriam in hoc Britanniæ medio.

Diſtulit tamen multoties minimè malus homo, cœleſtibus mandatis obſequi; ſi quidèm ejuſmodi viſa referens, etiam Sacerdotibus irridebatur, & pleriſque omnibus (vt aſſolet) conſebatur inſanire. Tandem vi Numinis impulſus, præcedente luce micante in aëre: auditâ etiam muſicâ, & tumultu quaſi frequentis multitudinis, Vicinis quoque pluribus in ſocietatem ac teſtes accitis; nocte concubiâ ad locum peruenit, vbi latebat vetus imago. Subſiſtente ibidem lumine fodit, inue-



Digitized by Google

nit imagunculam, extrahit, aggeri ad modum Altaris raptim extructo, frondentibuſque ramuſculis in Ædiculæ formam, ruſticè operto imponit: duodecim etiam numi aurei quadrantes argenteos, velut in futuri ædificij pignus & arrabonem accepit. Nam cum ſuam inter cetera ad tales auſus pauperiem, ſæpè cauſatus Diuæ opponeret: ſpondet illa, nihil vtiquè defuturum. Noctu igitur numos elargitur, manè euigilans Iuonis Vxor reperit ſuper menſâ, alios vetuſtiores, alios recens cuſos: his emblema Gallicum, illis ignotum; nullis ſigilla monetæ vllius Franciæ, quæ in vulgaribus nunquamnon imprimitur.

Mirum dictu! ea die nullo præmonente, nullo nouam erectionem prædicante, aut propalante: ſed ſecreto quodam Numinis inſtinctu, atque impulſu concurrunt vndiquè Populi: fiunt ſuplices Deo, fiunt & Beatâ Annâ intercedente votorum compotes. Plurimi ex diuerſis morborum generibus, redduntur ſanitati. *Volumen* integrum autenticâ D. D. Epiſcoporum, Iudicumque autoritate eo argumento deinceps conſcriptum, & jam pluſquam ſemel publici juris factum; haud ſufficit referendis quæ pium locum adeuntibus, vel diuinam opem S. Annæ interuentu acclamantibus, beneficia conferuntur: totæque paſſim Ædes, miraculoſis ſignis ad ſtuporem oneratæ; cũ tam continuâ, quàm incredibili Peregrinorum fre-

*Vide Hiſtoriam impreſſam, apud Ioan. Guillemot an. 1637.*

quentiâ rei veritatem affatìm cõteſtantur. Nec parũ adjuuarunt Plebis pietatẽ R.R. P.P. Capucini, à quib⁹ noua deuotio primùm sãctiſſimè exculta eſt.

Interea optimus, commiſſoque gregi magno ſtudio inuigilans Sebaſtianus Roſmadecius, Illuſtriſſimus Venetenſis Epiſcopus; animaduertit locum ejuſmodi indigere grauibus & pietate, & ſcientiâ Viris. Qui ibidem indeſinenter à primo luciferi ortu ad veſperis occaſum, nunc ſacris altaribus λειτουργίαις, nunc excipiendis continuò aduentantium vndiquè Peregrinorum confeſſionibu, nunc ceteris pietatis Chriſtianæ officijs inſeruirent. Ergo quâ erga Deiparam affectus eſt veneratione, conſpirante prænobili viro Vincentio de Cadio, cum Philippo ejus filio Alrænſi Seneſcallo: alijſque loci temporalibus Dominis Kſeruant Ponſaldo, Kriolet Gouuello &c. ſelegit (quod etiam Ruſticano viro diuina viſio indicauerat) noſtri *Ordinis, & Obſeruantiæ* Viros: vt illis demandaret hanc laboris, induſtriæ & vigiliarum grauem Prouinciam; quam ab an. M. DC. XXVII. ſuſtinent ſummo ardore, magnâque diligentiâ. Iuridicam loci hujus poſſeſſionem, ræpræſentant Notarij Apoſtolici tabulæ. *Carmelitæ Aduocati.*

*In Nomine Domini, Amen. Anno Domini milleſimo ſexenteſimo vigeſimo ſeptimo, Ego ſubſcriptus notarius Apoſtolicus Veneti immatriculatus, in Parochia d'Aurai Diœceſis Venetenſis, virtute littera-*

*rum præſentationis, ſeu nominationis, & inſtitutionis Reuerendiſſimi Domini, Domini Sebaſtiani de Roſmadec Epiſcopi Venetenſis; in ſe continentium collationem, & donationem Eccleſię Beatę Annę in Parochia de Plœneret, nouiſſimè Patribus Carmelitis Prouincię Turonenſis factam, ſub dato anno Domini milleſimo ſexenteſimo vigeſimo ſeptimo, die vero Decembris vigeſimâ tertiâ & ſignatarum; Patrem & Fratrem Seraphinum à Jeſu eiuſdem Ordinis Sacerdotem profeſſum, Procuratorem à R. P. ac Fratre Philippo Thibaut, Priore Prouinciali Fratrum B. M. Virg. de monte-Carmelo inſtitutum; vt nobis conſtitit ex litteris datis die vigeſimà ſecundà Septembris, anno milleſimo ſexenteſimo vigeſimo ſeptimo, & ſignatis.*

*In poſſeſſionem realem, corporalem, & actualem dictæ Eccleſiæ B. Annæ in Parochiâ de Plœneret, ac ſoli ad Cœnobium extruendum à nobili viro Vincentio Cadio, Domino de Kloguen ejuſdem Cœnobij Fundatore: deniquè iurium ſuorum annexorum, & pertinentium vniuerſorum poſui, & induxi per ingreſſum dictæ Eccleſiæ, aſperſionem aquæ benedictæ, oſculum altaris, & cetera in talibus adhiberi ſolita, nemine ſe opponente. De quibus præmiſſis, dictus P. F. Seraphinus à Ieſu petiit à me Notario prædicto, actum vnum, vel plura ſibi fieri, & tradi. Acta fuerunt hæc in dictâ Eccleſiâ S. Annæ, die vltimâ Decembris,* M. DC. XXVII. *Præſentibus ibidem nobili Domino Magiſtro Philippo Cadio, Regio Conſiliario, ac in Vrbe Arlaienſi Priore Magiſtratu: Venerabili, ac diſcreto Magiſtro*

gistro

*giſtro Sjlueſtro Rodouè Rectore de Ploëneret, P. Seraphino à Ieſu Carmelitâ, Procuratore ejuſdem Eccleſiæ S. Annæ,* P*etro* N*icolaſie, & multis alijs teſtibus ad hæc vocatis atque rogatis; qui ſubſignarunt in originali ante meridiem die, anno, & menſe vt ſupra. Signatus C. Bregeuin N. Apoſtol.*

Prædia,alioſque cenſus adijciunt optimi Fundatores, Domini de Cadio. Moxque an. M. DC. XXVIII. Carmelitæ ſtupendæ Basjlicæ noui Æditui, vt recipiendis vndiquè aduentantibus aptum foret Cænobium: collatis à Fidelibus elemosjnis extruunt peramplas Ædes, quas indies inuiſâ ſtructurâ perficiunt. Quodque imprimis laudem meretur, Sacellum cohoneſtant omni decoris ſpecie; vt in totâ minori Britanniâ, nullum modò ſit illuſtrius Armoricæ pietatis monimentum. *Fundator.*

Mirum ſiquidèm in medio vaſtæ, & deſertæ ſolitudinis angulo: ſtupendam ædificij molem, paucos intra annos conſurrexiſſe: Populos è totâ Armoricâ paſſim, & varijs Galliæ Prouincijs plerùmque ſecreto inſtinctu confluere, miracula omnis generis indies conſpici. Fidem profectò vincerent, ni exorqueret Epiſcopalis autoritas; quam propterea ad ſcrupulum omnem eximendum, hîc inſerere neceſſum arbitrati ſumus. *Monaſterij ſitus, & ſtructura.* *Miracula.*



Digitized by Google

# DECRET DE MONSEIGNEVR l'Eueſque de Vennes.

## Pour la publication des Miracles de Sainte Anne.

*NOVS Sebaſtien de Roſmadec, par la grace de Dieu, & du ſaint Siege Apoſtolique, Eueſque de Vannes, Conſeiller du Roi en ſes Conſeils d'Eſtat & Priué. Declarons auoir veu, examiné, & fait examiner en noſtre preſence les informations, & procez verbaux des guariſons arriuées; tant en l'Egliſe de la glorieuſe Sainte Anne, baſtie en la Parroiſſe de Plœneret pres Auraj, lieu de noſtre Dioceſe: que par les vœux & promeſſes qu'ont fait pluſieurs perſonnes malades de maladies incurables, d'j venir en cas de guariſon, rendre action de graces à Dieu, & à la Sainte. Et ajant meurement conſideré, & reconneu, combien il eſt important pour la plus grande gloire de Dieu: de publier, & manifeſter les merueilles que ſa main toute-puiſſante a operées en faueur de la glorieuſe Sainte Anne, reclamée en ce ſaint & ſacré lieu, non ſeulement des Peuples de cette Prouince, mais auſſi de toute la Chreſtienté. A ces cauſes, Nous auons creu eſtre obligez par le ſoin & vigilance de noſtre charge Paſtorale, de declarer à tous Fideles, que nous auons trouué leſdites guariſons & faueurs, eſtre conformes à la Toute-puiſſance de Dieu, & n'j auoit*

Digitized by Google

*rien de repugnant à icelle : & qu'elles ſont bien & deüement verifiées, par Perſonnes juridiquement commiſes, tant de nous, que des autres Prelats : tant de cette Prouince, que d'autres lieux, aux Dioceſes deſquels les Perſonnes guaries & deliurées de leurs imfirmitez, ſont leur reſidence. Donnant à cette fin expreſſe commiſſion au Pere Bernard de Sainte Madelaine, Prouincial des Carmes de la Prouince de Touraine, leſquels nous auons eſtablis pour le ſeruice & gouuernement de ce Lieu miraculeux ; à ce qu'il aie à en procurer la publication, les faiſant imprimer & publier. Le tout à la plus grande gloire de Dieu, manifeſtation des merueilles operées par l'interceſſion de la Sainte, & edification de tous les Peuples. Leſquels venans en pelerinage, nous exhortons de faire prieres en ce lieu, pour la proſperité de noſtre tres-Chreſtien Roy Louis le Juſte, & de la Roine Anne ſon Eſpouſe ; & ordonnant que ce preſent noſtre Decret ſera expoſé, & attaché en lieu eminent dans la ſuſdite Egliſe ; & inſeré dans le narré qui s'imprimera, de l'eſtat des ſuſdites graces & faueurs. Fait & arreſté en noſtre Manoir Epiſcopal de Kerango, ce vingt-ſixieſme Avril mil ſix cens trente-deux. Ainſi ſigné, Sebaſtien de Roſmadec, Eueſque de Vannes. Et plus bas, Forot, pour le Secretaire ; & ſcellé du ſceau des Armes dudit Seigneur.*

Meminit & Decreti hujus eruditus Spondanus, Apamienſis Epiſcopus ; cui fortè non minùs Baronius debet, quàm Baronio Chriſtianus Orbis. Is etenim Continüationis Annal. Tom. 111. ad an.

M. DC. XXV. poſteaquam Decretum retulit, quo Vrbanus Papa VIII. nouam vetat miraculorum publicationem, ſubjungit in hæc verba. *Non fuit huic Decreto obnoxia, Sanctæ Annæ Matris Dei Genitricis veneratio; quippe ab omni Chriſtiano æuo in Eccleſiâ, & Orbe receptiſſima ac probatiſſima. Quæ & hoc ipſo anno, nouo miraculo manifeſtata legitur in Britanniâ Armorica, in vico Ker-Anna Diœceſis Veneteñſis. Vbi diuinitùs reuelata cuidam pio Oratori nomine Ynoni Nicolaſico, menſe Martio, vetus quædam ſacra imago prædictæ Beatæ Annæ, terræ profundæ infoſſa; confeſtim cœpit innumeris & clariſſimis juxta, ac ſtupendis ſplendore miraculis quæ locum frequentatiſſimum Populorum concurſu reddiderunt; collocatâ Imagine in Eccleſiâ, ex pijs Elemoſynis magnificè conſtructa, prope Oppidum Auræum, autoritate Sebaſtiani Roſmadeci Epiſcopi Venetenſis loci Ordinarij: qui miracula probatiſſima ad eam continuè fieri conſueta, Decreto publico confirmauit, & promulgari permiſit; per Fratrem Hugonem à Sancto Franciſco, Carmelitarum Reformatorum* Prouinciæ *Armoricæ.* Cui Or*dini Epiſcopus curam, & adminiſtrationem prædictæ Eccleſiæ contulit; obtentis etiam ab Vrbano* Pontifice *indulgentijs, in eorum gratiam qui eam viſitarent.*

Acceſſit regia protectio inſignis, ex quo præſertim felicis memoriæ Ludouicus XIII. ſacram D. Annæ reliquiam, quam Melitenſium Equitum dono acceperat, juſſit per P. Seraphinum à Ieſu, ſolemni pompâ huc deferri. Nec minori zelo au-

Digitized by Google

guſtiſſima Coniux Anna Auſtriaca, poſt iterata ſæpiùs vota, quæ Delphini tandem natalitia à cœlo impleuere; eximiam hunc erga pietatis Locum, deuotionem comprobauit. Hinc cum Regni Proceribus, nomen ſuum Confraternitatis libro propriâ manu, inſcribere voluit. Quam nuper imitata eſt Majoris Britanniæ Regina, Henriceta-Maria Borbonia; fluctus, & tumultus Anglicos euadens per Armoricam.

Sed quod inſignius eſt, amotâ à publico Loco (ad quem ſæpè ſupra viginti, & triginta hominum millia concurrunt) omni licentiâ; illic animæ ad pœnitentiam validiùs *conuerſæ* cum lachrjmis, eleemosjnis, pedum nuditate & ſimilibus: confeſſionis, & Euchariſtiæ Sacramenta frequentare, celebrare indies videntur. Nouum certè hoc ſeculo Nouorum! Cujus relatio nulla fidelior, quàm quæ æneis tabulis proſtat in Sacello; hîc ſanè tranſcribendâ, vt fidem poſteritatis promereatur. *Cõuerſiones animarum.*

MORTALIVM POSTERITATI,
IMMORTALIVM ÆVITERNITATI
SACRVM.

V*Etus hîc Armoricæ Gentis pietas. famoſo olim Sacello Diuam Annam, Chriſti Parentis Parentem coluerat: noua ſubindè à Cælo miracula Oratorium in* *Epitome fundationis.*

*Cænobium conſecrarunt. Prodigioſo lumine inter exoleta Capellæ ruta, caſaque ſimplici Ruſtico Numen illuxit. Mox inſpirato, ſimul insperato frequentiſſima multitudinis concurſu, ad maiora deinceps prçluditur. Adfuit illicò Paſtorali inter Venetos officio Illuſtriſſimus D. D. Sebaſtianus Roſmadecius proſapiâ magnus, infulis major propriâ meritorum coronâ maximus.*

*Nempe ab anno ab Orbe per Chriſtum reparato* M. DC. XXVII. *Orbis Chriſtiani Pon. Max. Vrbano VIII. Franco-Gallici Imperatore Ludouico XIII. ſemper inuicto, ſemper auguſto; obſequioſus erga Deum, Religioſus aduerſus Familiam Chriſti, Matrem, Auiamque: liberalis ac munificus in hujus filios, illius Fratres Carmelitici Inſtituti, nec non Armoricæ Reformationis Profeſſores: hæreſi, belloque collapſam in pago S. Annæ cognomine deuotionem, poſtliminiò autoritate ſuâ reuocauit: Religione auxit, liberalitate cumulauit. Suis Paræciç Iuribus ceſſit vltrò, Clar. V. M. Silueſter Rodonez &c. Fundum, circumque adiacentia ad Cænobij paraturam prædia cum annuo cenſu dono Deo, Deique ex voto Famulus donauit nobilitate, virtute, munificentiâ inclitus vir D. Vincentius Cadio, Dominus de Kloguen. Pacto ſolemni, eâque reciprocâ parilitate ad inuicem conteſſerarunt Religioſi viri, Carmelitarum in Prouincia Turonenſi Majores, & primarij Præpoſiti; cum hiſce obligatorijs legibus, fuſiore ſtilo in autentico codicillo exaratis. Vt Deo vacent, Eccleſię juxta ſui leges Inſtituti deſeruiant: Venetenſi Epiſcopo, Clero, Plebi, cunctiſque Ordinibus obediant, adſint, opi-*

*tulentur; acquirendis reditibus viuant, abs publicâ mendicitate immunes: Paræco juxta rata ſoluant, ejuſque juribus ſe ſe nuſquam ingerant &c. Sacra diaria, & anniuerſa pro D. Epiſcopo, & munificentiſſimo Fundatore celebrent; Præſuli Roſmadecio domum vltimam, ſacrum Cippum gentilitijs ſtemmatis cœlatum, in Sacello ad maioris Thiſiaſtirij latus dextrum: ad ſiniſtrum itidem Fundatoris, ſucceſſoribuſque reſeruatum, alij cuilibet interdicant. Ad Epiſcopalem &c. Aſſes biſſenos, velut Pontificiæ liberalitatis* ἐυχαριςίκον, *ſuæque* Religioſæ *ſeruitutis pignus perſoluturi. Ita omnia ex voto rata, fixaque ſunto. Exactumque ſit præſens in annos porrò ſeculares pietatis, liberalitatis, & gratitudinis Monumentum ære perennius.*

Neque diutiùs ſingulis deſcribendis immorandum, quando Semnæi nouitas, dixerim an majeſtas non lectores quærit, non auditores: ſed ſpectatores vocat, quos illicò vertat in admiratores. Vnum omittere nec potui, nec debui. Sepulcrum optimi Fundatoris, cujus memoriæ hæc nos jam olim conſecrauimus.

Digitized by Google

*Epitaph. Fundatoris.*

NOBILISSIMO VIRO, VINCENTIO CADIO, D. DE KLOQVEN, PHILIPPI PARENTI OPTIMO, CARMELITARVM BENEFACTORI MVNIFICENTISSIMO, MIRACVLOSI ISTIVS SACELLI REPARATORI PIENTISSIMO; IVSTA HÆC PARENTALIA MÆRENTES, ET DEVOTI F. F. CARMELITÆ, ADMIRANDI S. ANNÆ CÆNOBII HOSPITES, POSSESSORES ÆDITVI.
P. P.

*CLauditur vt bombix propriâ Vincentius Æde,*
*Dumque Deo templum conſtruit, vrna fuit.*
*An domus? an tumulus? Mirum! Fundauit vtrumque;*
*Funere nam victus, victor & ipſe fuit.*
*Aggreditur primus ſacrum reparare Sacellum,*
*Primus & in ſacro conditur ipſe loco.*
*Vndiquè colluſtrant Ædes miracula: quanta eſt*
*Diuæ, Vincenti gloria tanta tua.*

*Sanctæ Annæ domus* *Vincentij Cadio tumulus,*
*Illa in gloriâ:* *Iſte in pace:*
*Hanc ora,* *Pro iſto exora;*
*Incola, Hoſpes, Inquiline, Peregrine*
*Deuotus veni,*
*& abi.*

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT XXXII.

## *Conuentus Sancti Ioachimi Joſſelinenſis.*

SPARGEBAT vndequaquè ſuauiſſimos odores, Ploarmelenſis Carmelitarum Conuentus; quibus permoti vicini Ioſſelinenſes, Oppidi non ignobilis incolæ, conceſſu publico decreuere an. M. DC. XXIV. vt à Superioribus juris vtriuſque, facultas poſtularetur Carmelitici Conuentus in Vrbe ſuá extruendi. Annuit eodem an. VIII. Kaleud. Septemb. Illuſtriſſimus, & apud nos felicis memoriæ Maclouienſis Epiſcopus. Cujus imperio anno ſequenti, Aprilis XVII. noſtri de Obſeruantiâ Rhedonenſi Cænobitæ, Ioſſelinum habitare cæperunt. Annis aliquot vtcumque elapſis, partem publicæ pecuniæ Regio nutu ſibi conceſſæ, (quod fit aliquando in Armoricâ) noſtris rebus deſtinant Ioſſelinenſes. Iterat licentiam Illuſtriſſimus Dom. Achilles Harlæus San-Maclouij Epiſcopus; conſentit & hæres Incljta Familiæ Rohanæ, quanquam in alienis à fide caſtris genituræ fato militans: rata habet omnia, Rex Chriſtianiſſimus; emptâque ad Vrbis portam alteram *Origo fundationis.*



Digitized by Google

*Epitaph. Fundatoris.*

NOBILISSIMO VIRO, VINCENTIO CADIO, D. DE KLOQVEN, PHILIPPI PARENTI OPTIMO, CARMELITARVM BENEFACTORI MVNIFICENTISSIMO, MIRACVLOSI ISTIVS SACELLI REPARATORI PIENTISSIMO; IVSTA HÆC PARENTALIA MÆRENTES, ET DEVOTI F. F. CARMELITÆ, ADMIRANDI S. ANNÆ CÆNOBII HOSPITES, POSSESSORES ÆDITVI.

P. P.

*CLauditur vt bombix propriâ Vincentius Æde,*
*Dumque Deo templum conſtruit, vrna fuit.*
*An domus? an tumulus? Mirum! Fundauit vtrumque;*
*Funere nam victus, victor & ipſe fuit.*
*Aggreditur primus ſacrum reparare Sacellum,*
*Primus & in ſacro conditur ipſe loco.*
*Vndiquè colluſtrant Ædes miracula: quanta eſt*
*Diua, Vincenti gloria tanta tua.*

*Sanctæ Annæ domus* *Vincentij Cadio tumulus,*
*Illa in gloriâ:* *Iſte in pace:*
*Hanc ora,* *Pro iſto exora;*
*Incola, Hoſpes, Inquiline, Peregrine*
*Deuotus veni,*
*& abi.*

CAPVT

# CAPVT XXXII.

## *Conuentus Sancti Ioachimi Joſſelinenſis.*

SPARGEBAT vndequaquè ſuauiſſimos odores, Ploarmelenſis Carmelitarum Conuentus; quibus permoti vicini Ioſſelinenſes, Oppidi non ignobilis incolæ, conceſſu publico decreuere an. M. DC. XXIV. vt à Superioribus juris vtriuſque, facultas poſtularetur Carmelitici Conuentus in Vrbe ſuâ extruendi. Annuit eodem an. VIII. Kalend. Septemb. Illuſtriſſimus, & apud nos felicis memoriæ Maclouienſis Epiſcopus. Cujus imperio anno ſequenti, Aprilis XVII. noſtri de Obſeruantiâ Rhedonenſi Cænobitæ, Ioſſelinum habitare cæperunt. Annis aliquot vtcumque elapſis, partem publicæ pecuniæ Regio nutu ſibi conceſſæ, (quod fit aliquando in Armoricâ) noſtris rebus deſtinant Ioſſelinenſes. Iterat licentiam Illuſtriſſimus Dom. Achilles Harlæus San-Maclouij Epiſcopus; conſentit & hæres Inclyta Familiæ Rohanæ, quanquam in alienis à fide caſtris geniture fato militans: rata habet omnia, Rex Chriſtianiſſimus; emptâque ad Vrbis portam alteram *Origo fundationis.*



Digitized by Google

*Deſignatur Conuentus.* vaſtâ agrarum planitie, futuri Conuentus locantur Fundamenta; quo modo publicum teſtatur inſtrumentum.

*Alanus Boüin Prior S. Martini, Rector Eccleſię Parrochialis B. Mariæ Ciuitatis Ioſſelinenſis, omnibus tàm pręſentibus quàm futuris; notum facimus, quod an. Incarnationis Dominicæ ſupra milleſimum ſexenteſimo quadrageſimo, Nonis Auguſti, Primarius lapis Eccleſiæ ac Monaſterij Fratrum Carmelitarum reformatorum Prouinciæ Turonenſis, ſub titulo & inuocatione S. Ioachini Patris Glorioſæ Virginis Mariæ, à nobis ſpecialem ad id commiſſionem habentibus à Reuerendiſſimo Illuſtriſſimoque Achille de Harlaj, Saint-Maclouienſium Epiſcopo, S. Meuennij Abbate, datam, in Abbatiâ eiuſdem Sancti Meuennij, ſub ſigillo eiuſdem Reuerendiſſimi, ac illuſtriſſimi D. D. Epiſcopi, eiuſque Secretarij chirographo, die ſecunda Auguſti, qui ſupra.*

*Ritè omnibus ſolemnibus ad Orationem quadraginta horarum, & benedictionem Cæmiterij, locique Eccleſiæ ſeruatis: quamplurimis Parochis, Curatis ac Rectoribus, nec non Religioſis Carmelitis, Prouinciali Reuerendiſſimo P. Lucà à S. Anthonio, Priore P. Seraphino à Ieſu, cum reliquo Clero ex ritu Eccleſiaſtico, procedentibus; incredibili, ac penè innumero Populorum vndequaque affluentium concurſu, benedictus fuit ac poſitus in ſolo ſuperioris agri Domus de la Carriere. Quem agrum vocitant vulgari idiomate campum de la Grange, qui ad ſeptentrionem à viâ quæ ducit à ſuburbio D. Martini ad aquam & riuum*

Digitized by Google

*vulgò dictum l'Abbreuoir : & ad Occidentem à viâ quę ducit ab eodem ſuburbio, ad locum ſitum in ſuburbio D. Nicolai (qui dicitur vulgari linguâ, entre les deux eſtangs) terminatur ac limitatur non longe à prædicti ſoli & campi angulo, qui ad D. Martini ſuburbium vergit, fauſtè ac feliciter poſuimus; ſub quo lapide oblongo, hæc calata maiuſculis litteris, inciſa ſunt verba.*

*Anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo, quinta Auguſti, ſedente Vrbano octauo Pontifice Maximo, regnante Ludouico decimotertio; hunc lapidem primarium benedixit, ac poſuit Achilles de Harlaj de Sansj, Illuſtriſſimus Maclouienſium Epiſcopus, S. Meuennij Abbas, Regi Chriſtianiſſimo à Secretioribus, Nobili Ioanne Nourquer præſente Seneſcallo Comitatus de Pourhoüet; qui loco Excellentiſſimæ Principiſſa Margaritę Duciſſa de Rohan, Principiſſæ de Leon, dicti Comitatus Comitiſſæ; & nomine Ciuitatis Ioſſelinenſis, eundem lapidem cum dicto D. D. Antiſtite poſuit, pro ædificandâ Eccleſiâ, ac Monaſterio Fratrum Carmelitarum Reformatorum Prouinciæ Turoniæ, ſub titulo & inuocatione S. Joachimi Patris Glorioſæ Virginis Mariæ. Præſente etiam, ac annuente nobili Alano Boüin Parocho, & D. Martini Priore: ſuffraganeibuſque nobilibus juris Iacobo Maro Allocato, Ioanne Faraut Locum tenente: Yuone Gatechair Cognitore fiſci, Yuone Iouzé Procuratore ſyndico; nec non munificentiâ Ciuium Ioſſelinenſium.*

*Ad cujus rei memoriam & fidem haud dubiam hunc preſentem actum, nos Præfatus ac ſubſignatus Prior &*

*Rector, ipſis fratribus Carmelitis petentibus ac requirentibus noſtra manu ſubſignatum dedimus, ac confecimus. Signat Alanus Boüin. Actum Ioſſelini, die & anno ſupradictus. Idem quoque ſub membranis Ioannes Nourquer D. du Camper Seneſcallus Comitatus de Pourhoüet: Omnibus tam præſentibus quam futuris, quodam proceſſu verbali notum facit ac certum. Quem etiam lapidem ille loco Altiſſimæ potentiſsimæque Principiſſæ Margaritę de Rohan, Principiſſę de Leon, dicti Comitatus Comitiſſa &c. loci Monaſterij futuri Fratrum Carmelitarum D. Superioris; ac nomine huius Ciuitatis Ioſſelinenſis; non longè à prædicti ſoli & campi angulo, qui ad D. Martini ſuburbium vergit, fauſtè ac feliciter in Eccleſiæ fundamento poſuit. Ea lege vt arma dictæ Principiſſæ locis futuri Monaſterij & Eccleſiæ eminentioribus ſculpantur, ac pingantur: eique vt Fundatrici jura omnia, quæ fundatoribus & fundatricibus debentur in ſolidum ſeruentur, & ad libitum concedantur. Signat. Iean Nourquer, ſub ſigillo dictę Principiſſæ, M. DC. XL. Nonis Aug.*

Eo igitur in loco multa diſſeminantes pietatis & doctrinæ exempla, Carmelitæ ſub titulo B. Ioachimi, ſacræque totius Chriſti Familiæ Monaſterium parant; quod meſſes aliquando in horrea Domini condendas, non minimâ ſpe pollicetur.

# CAPVT XXXIII.

## *Miraculum Sanctiſſimi Sacramenti Pariſienſis.*

PHILIPPI Pulchri temporibus, dum adhuc perfidis Iudæis Sjnagogæ cætus permitterentur; Lutetiæ Pariſiorum an. M. CC. XC. mulier quædam, premente anguſtiâ rei familiaris, à Iudæo (vt ejus peſſimæ Gentis mos eſt) fænera- *Miraculum Euchar.* tore accipit pecuniam, collato veſtium cultiorum pignore. Adueniente porrò majori ſolemnitate, petijt ab homine veſtes muliercula, quò decentiùs feſtiuis diebus incederet; mox redditura, in acceptæ pecuniæ ſecuram cautionem. Impius remiſſionem totius ſummæ eâ lege ſpopondit, ſi Venerabili Sacramento dum ad Sjnaxim accederet, ſacrilego furto ſublatum CHRISTI CORPVS ad ſe deferat.

Præſtitit ſummum flagitium ſcelerata mulier; Chriſtum detulit Chriſtiana Iudæo. Qui mox furijs agitatus, acceptam Sacram hoſtiam repetitis ictibus confodit: & ad murum clauo affixam, flagellis diuerberauit, lanceâ perforauit. Mirum! largus è plagis profluxit cruor, neque tamen animi ſæui-



Digitized by Google

tiam domuit ſacrum iſtud oſtentum. Deijcit in ignem Recutitus, at hoſtia remanſit illæſa. Inde ſcelere audacior, proijcit in ebullientis aquæ caldariam: ſed nec in feruenti ollâ damnum vllum paſſa, rogo exiliens quaſi pennis eue&#x1f;cta, volitare cæpit vndequaque. Aduentante è viciniâ fæminâ, fortaſſis ignem conquirente, in ejus ſinum euolauit ſacra hoſtia. Hæc palam tantæ rei prodigium conclamauit. Summâ dein cum reuerentiâ in vicinam Eccleſiam S. Ioannis de Grauiâ, delata eſt SACRA HOSTIA; quæ vſq; ad hodiernum diem, in tanti facti monimentum religioſiſſimè aſſeruatur: deferturque ad noſtras Ædes annuatim, per ſacras, ſolemneſque Auguſtiſſimi Sacramenti Proceſſiones.

Comprehenſus Iudæus, viuicomburio tanti ſceleris meritiſſimas exoluit pænas. Ejus familiâ ad fidem conuerſâ, domus in Eccleſiam venerabili Sacramento dicatam conſecratur. Cænobium ſtatim decreto Pontificio, Regioque conſtructum; quod aliquibus ſeculis à Religioſis Billetis (qui à Chriſto bullito nomen traxiſſe creduntur) ſub Regulâ Diui Auguſtini militantibus, inhabitatum. Rei ſeriem enarrant Regis, Pontificiſque Diplomata.

*Philippus Dei gratia Francorum Rex. Notum Facimus vniuerſis tam præſentibus, quàm futuris; quod nos* Fundatio. *Diuini cultus cupientes, & affectu benigno perſequentes augmentum; quandam domum quam habemus ſitam Pa-*

*riſius in vico de Iardinis, in cenſiuâ Ioannis Arrode, oneratam duobus denarijs anno quolibet de fundo terræ, dicto Ioanni debitis. Et decem ſolidis augmenti cenſus annui, 7 homeo dicto Mallecler debitis: duas teſias in latitudine à parte anteriori, & retrò totidem: ac nouem teſias cum dimidiatâ, in longitudine continẽtem: contiguam ex vnâ parte Domini Mathæi Britonis, & ex aliâ Domini Guilelmi Britonis, Capellani in Eccleſia B. Ioannis in Grauia. Pro redemptione animarum chariſſimi Genitoris noſtri, noſtrûm, & chariſſimæ Conſortis noſtræ, Fratribus Hoſpitalis Dongez, Ordinis Charitatis B. Mariæ.*

*Pro cultu diuini Officij & ipſorum inhabitatione pietatis intuitu, ſub prædicto cenſu & onere conferimus, concedimus, & perpetuò donamus, tenendam, habendam, & perpetuò poſſidendam; cum omni jure, proprietate & poſſeſſione: quod, & quas inibi habebamus, & habere quomodo libet poteramus; abſque conditione vendendi, & extra domum ſuam ponendi, & vlla proteſtatione financiæ cujuſque, ſaluo in alijs jure noſtro & in omnibus alieno. Quod vt ratum & ſtabile perſeueret, præſentes litteras ſigilli noſtri fecimus appenſione muniri. Datum apud Vallem colorem, anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo, menſe Decembri.*

Alter à Rege Fundator memoratur D. Raimerius Flamengus, in Bullâ Bonifacij P. VIII.

*Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Pariſienſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Petitio dilecti filij Raimerci Flamengi Ciuis*

Digitized by Google

P*ariſienſis, nobis exhibita continebat; quod ipſe in loco illo* C*iuitatis Pariſienſis in quo quidam Iudæi, inuentam venerandam Euchariſtiam cultello pungentes, eam in ferventi aquâ caldariam igni ſuperpoſitam immiſerunt. Quæ quidem aqua diuino miraculo in ſanguinem noſcitur fuiſſe conuerſa, quandam Cappellam affectat in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti conſtruere: ac ei de bonis proprijs ſufficienter redditu aſſignare, de quibus* Capellanus *in ea ſeruiturus, commodè valeat ſuſtentari; jure* Patronatus *ſibi, & ſuis hæredibus in* Capellâ *ipsâ retento. Quare idem* Ciuis *nobis humiliter ſupplicauit, & Apoſtolici fauoris ſibi præſidium impertiri; per quod hujuſmodi ſuum votum adimplere valeat, dignaremur.*

*Nos igitur ipſius* Ciuis *laudabile in hâc parte propoſitum commendantes, & de tuâ circumſpectione, plenam in Domino fiduciam obtinentes;* Fraternitati *tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinùs præfato* Ciui *conſtruendi Cappellam iſtam in loco prædicto, ſi locus ipſe ad eundem* Ciuem *pertineat (alioquin poſtquàm illum juſtè acquiſiuerit, dummodò quod offert duxerit faciendum) autoritate noſtrâ licentiam largiaris, ſine juris præjudicio alieni. Iure* Patronatus *in* P*ræfatâ Capellâ ſibi, & ipſius hæredibus, ac ſucceſſoribus in perpetuum præſeruato. Datum Ananiæ* XVI. Calend *Auguſti, Pontificatus noſtri an.* I.

Conſecrationem teſtatur actus ſequens.

*Nouerint vniuerſi, quod nos Ioannes permiſſione diuinâ Dragonarienſis Epiſcopus, an. Domini* M. CCC L.

*in*

*in feſto B. Gregorij P. munus benedictionis, & conſecrationis cujuſdam Cappellæ, Capituli, Clauſtri, cum conſecratione trium Altarium in Eccleſiâ Religioſorum virorum Prioris, & Conuentus Hoſpitalis de Charitate B. Mariæ domus Miraculorum, in vico Iardinorum Pariſijs: Commiſſionis nobis factæ à Reuerendiſſimo in Chriſto P. ac Domino D. Falcone, eâdem permiſſione Pariſienſi Epiſcopo, cujus nunc vices gerimus in Ciuitate Pariſienſi; contulimus de gratiâ ſpeciali, In cuius rei teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus apponendum duximus. Datum loco, anno, & die ſupra dictis.* *Conſecratio Eccleſiæ.*

Amplificatam poſtmodum Eccleſiam in medio, ex commiſſione Petri Pariſienſis Epiſcopi, peregit Naſſouienſis IV. Id. Maij an. M. CCCC. VIII. in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis, B. Virginis & omnium Sanctorum. Caducitatis jure liberarunt D. Ioannes Arondæus, cum Conjuge Philippinâ; *vt, inquiunt, in eo loco vbi res adeò mira patrata eſt: in perenne monimentum Ædicula conſtructa fuit, permiſſu Bonifacij Octaui Summi Pontificis; quæ ob miraculum de corpore Chriſti bullito, accepit bullitæ cognomentum.* *Amplificatio.* *Immunitas*

Acceſſere temporales prouentus olim laudabiles, nunc magnam partem imminuti. Donec veteres Loci hujus Inquilini, multis de cauſis ſe ſe met impares promouendæ pietati, diuiniſque obeundis muneribus iudicarunt. Inde an. M. DC. XXXI. varios poſt caſus, conſiliaque diuerſiſſima; *Carmelitas* Rhedonenſis Societatis adoptione filios, *Dotatio.* *Carmelit. introductio.*



Digitized by Google

paternorumque bonorum juſtos hæredes ex affe inſtituunt. Exindè Sanctiſſimo Papâ, Rege Chriſtianiſſimo, Illuſtriſſimoque Pariſiorum Epiſcopo: necnon Auguſtiſſimo Parlamento, & Ordinis Charitatis B. Mariæ Generali Antonio Pagano, nouæ huic inſtitutioni perbenignè, ratis & publicis actis, partim annuentibus, partim congratulantibus ſacratiſſimo Delubro inducimur. Longum eſſet ſingula recenſere, quibus nos eo loci vocatos à Deo ſumus experti.

Dudum quidem conſultum videbatur nobis, amiciſque; ſi noſtra hæc minima Congregatio non abeſſet à Lutetiâ, extra quam magnum nihil. Occaſio ſæpè tam quæſita, quàm optata. Ipſa pridem Auguſta Princeps Maria Medicæa, cujus ſub tutelâ creuerat Rhedonenſis Obſeruantia; nouum illi Conuentum, Lutetiæ deſtinauerat. Ceteris vaneſcentibus, vocauit nos Deus quando voluit. Occaſionem præſtitere *Conciones* per Octauas Sanctiſſimi Sacramenti, ad quas ex certamine inter Aquitanos cum Heterodoxis, haud per Dei opem infelici, euocatus è noſtris vnus alia omnia cogitans: videt Piorum, Eruditorum, Principum, Magnatum: Ciuium, Plebiſque adeò quaſi mutuis ad æmulationem ſtudijs præter ſpes omnes, vltraque dificultates innumeras Domum ſibi in Lutetiæ meditullio offerri. Votis ad Deum non ſegniter emiſſis, res non priùs fermè affecta, quàm perfe-

*Vocatio à Deo.*

Digitized by Google

ĉta. Amicorum, & opitulantium numerus, & affectus reuerâ tantus extitit; vt vel referendis, non ſufficiant breues lineæ: quia nec omnes quidèm poſſem nominare,nec vllos deberem omitere.Sua illos præmia in meliori hæreditate manent; ideoque duo dumtaxat placet animaduertere.

Alterum voto pro eâ re ad SANCTISSIMVM SACRAMENTVM concepto, cuncta eo ductu ſucceſſiſſe; vt notabile nihil contigerit, (& pluſquam quindecies obſeruaui) niſi ipſiſſimo Iouis die, diuinæ Euchariſtiæ ex Eccleſiæ ritu conſecrato. *Deuotio Sanctiſſimi Sacramenti.*

Alterum permagni fuiſſe momenti, cuncta ex *ordine* & aggredi, & exequi. Nam primò Contractus cum antiquis Billetis initus, agente imprimis ſtemmate, eruditione, pietate, amicitiâ notiſſimo Mangotio Abbate San-Columbano. Acceſſit poſtea Generalium comprobatio. Mox interuenit Illuſtriſſimi Archipræſulis Decretum, XIII. Kal. Oct. an. M. DC. XXXI. *Series rei geſtæ.* *Contractus.* *Generales.*

*Ioannes Franciſcus de Gondj, Dei & S. Sedis Apoſtolicæ gratiâ Pariſienſis Archiepiſcopus &c. De Carmelitarum Vrbis, & Obſeruantiæ Rhedonenſis vitæ probitate, morum honeſtate, pietate in Deum, zelo ſalutis animarum, & Obſeruantiâ præceptorum Diuinorum, & Regularium inſtitutionum, debitè informati &c. Nec non iiſdem Religioſis de Monte-Carmelo Obſeruantiæ Rhedonenſis, vt eoſdem Prioratum & Conuentum occupare,* *D. Archiepiſcop.*

*tenere, & poſſidere: ac in iiſdem commorari, ſacra peragere, Nouitios veſtire, & recipere: eoſdemque poſt elapſum probationis annum, ad vota & regularem profeſſionem admittere; ceteraque regularia officia & munia, ſecundum ſacrum Ordinem, & Congregationis inſtitutum & regulam facere, & exercere poſſint & valeant, facultatem & licentiam conceſſimus; prout tenore præſentium concedimus & impartimur, per præſentes &c. Datum apud S. Rodoaldum Pariſienſis noſtræ Diœceſis, an. Domini milleſimo ſexenteſimo trigeſimo primo, die decimâ nonâ menſis Septembris. Sic ſignat.*

I. F. ARCHIEPISCOPVS, PAR.
BAVDOVIN, SECRET.

Adjungitur & jus Cæſareum.

*Louys par la grace de Dieu, Roy de France & de Nauarre, &c. De noſtre grace ſpeciale, plaine puiſſance & autorité Royale. Auons en tant qu'en nous eſt, par ces preſentes ſignées de noſtre main, en l'honneur de Dieu & de la tres-Sainte Vierge, à laquelle ledit Ordre des Carmes eſt particulierement conſacré; Jceluy contract approuué, ratifié, & confirmé: approuuons, ratifions & confirmons. Voulons & nous plaiſt, qu'il ſortiſſe ſon effet, & ſoit executé de poinct en poinct; ſelon la forme & teneur preſcriptes par les Saints Peres, Decrets, Conſtitutions Canoniques, & nos Ordonnances gardées & obſeruées. Permettons auſdits Religieux Carmes de l'Obſeruance de Rennes, d'entrer & s'eſtablir en ladite Maiſon & Prieu-*

Digitized by Google

*ré des Billettes de noſtre-dite Ville de Paris, pour faire le Seruice Diuin, & les fonctions requiſes à leur inſtitution, &c.*

Adſunt quoque autoritates prolatæ è monumentis Curiæ Parlamenti Pariſienſis, referente Ill. D. Hennequino Bernæo hâc in formâ. *Veu par la Cour*, &c. *Ladite Cour a ordonné & ordonne, que leſdites lettres ſeront regiſtrées au Greffe d'icelles, pour eſtre executées ſelon leur forme & teneur. Fait en Parlement le* 8. *Ianuier, mil ſix cens trente & deux. Signé, du Tillet.* *Parlamentum Pariſ.*

Vltimam deniquè manum impoſuit Bulla Pontificia.

*Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Officiali Venerabilis Fratris noſtri Archi-Epiſcopi Pariſienſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Romanus Pontifex de ſummi Apoſtolatus ſpeculâ Vrbi, & Orbi debitâ ſeruitute proſpiciens, &c.* *Papa Vrbanus VIII.*

Hancce Bullam Dominus le Blanc, Officialis, cujus beneuolentiæ (ex affectu præſertim clariſſimi, & nunquam tacendi Nepotis D. de Contes, Canonici & Cancellarij Pariſienſis) nihil non debemùs, fulminauit Kal. Iul. an. M. DC. XXXIII. Captam manu poſſeſſionem VI. Kalend. Sept. ejuſdem anni; confirmauit iterum Rex Ludouicus, approbauit ſupremus Lutetiæ Senatus, Actuario & Scribâ, *Radigues.* *Nomen.*

His auxilijs vel re, vel ſpe muniti; ſuccedunt noſtri in ſacram Domum, quæ ab eo tempore ſicut



Digitized by Google

ſtupendo olim miraculo inſignis fuit : ſic deinceps, CONVENTVS CARMELITARVM REFORMATORVM SANCTISSIMI SACRAMENTI, obtinuit nomenclaturam.

*Nomen.*

Nouit, credo, Orbis terrarum vniuerſus, qualis Vrbs *Lutetia*: quales ideò, quâ grauitate morum, quâ vitæ integritate, quibus ſcientijs excultos viros loci dignitas expoſtulet. Hujuſce generis Aſcetas vt loci amplitudini, vtcumque pro noſtro modulo faciamus ſatis; è tota Prouinciâ conquiſitos, ſufficere conati ſunt noſtri Carmelitæ. Nec cæptis defuit cæleſtis Prouidentia. Nam paucos intra annos, pietatis & doctrinæ fructus non quotidianos vidit, & amauit Lutetia; hoc eſt, Gallicus orbis vniuerſus.

Veterem miraculi, recentemque ſubrogatæ Carmelitanæ Reformationis *Hiſtoriam*, Carmine adumbrauit è noſtris nonnemo. Dicauitque D. Lanierio Leffreterio, qui cum amantiſſimo Comite Nojano de Botru, alijſque Andinis totius gerendæ rei onus & ſpartes feliciter ſuſtinuerunt. Plenariam deindè juſto, & integro Volumine publicauit vir, cujus doctrina & pietas longiorem vitam merebantur; clariſſimus Milonius, primarij Regis Medici primogenitus. Iam olim verſu incluſerat Regius Profeſſor, Ioannes Morellus; cujus Proſam hjmnicam, hîc ne pereat adnectimus.

*Teſtes miraculi in Treem.*

Digitized by Google

IN INSIGNE MIRACVLVM QVOD CONTIGIT PARISIIS, REGNANTE PHILIPPO PVLCHRO FRANCORVM REGE, SVPER SACRAM HOSTIAM A IVDÆO MVCRONE CONFIXAM, ANNO 1290.

*Hjmnus.*

*Pange lingua glorioſi*
*Corporis Miraculum,*
*Circumciſi quod doloſi*
*Immane piaculum,*
*Caluiniſtæ Factioſi*
*Cor frangat incredulum*
*Mulier Sacramentum*
*Dentibus haud comminuit,*
*Angelorum alimentum*
*Linteo impoſuit;*
*Fert Iudæo, veſtimentum*
*Hic ſibi reſtituit.*
*Mox mucrone ſcelerato,*
*Caro Chriſti pungitur:*
*Et de pane vulnerato,*
*Sanguis largè funditur;*
*Furijs ab agitato,*
*Iu rogum protruditur.*
*Ieſu Chriſti paſſionem,*

*Quantùm poteſt iterat:*
*Sed id citrà læſionem*
*Corpus ſanctum verberat;*
*Lanceæ poſt foſſionem*
*Tundit, clauo terebrat.*
*Prunas, ignemque ardentem*
*Caldario ſubijcit,*
*In vndamque Bullientem,*
*Sacram eſcam conijcit;*
*Chriſtum verè apparentem,*
*Stupefactus conſpicit.*
*Miraculum reuelatur,*
*Pateſcunt indicia:*
*Recutitus condemnatur*
*Igni, abſque veniâ;*
*Ad hoc vſque aſſeruatur*
*Tempus, ſacra Hoſtia.*
*Sicut fulſit glorioſa*
*Chriſti reſurrectio,*
*Sic nec fuit probroſa*
*Corporis tractatio:*
*Sed triumphi ſpecioſa,*
*Tanquam iteratio.*
*Triumphauit illibatum,*
*Spectatur à Populo*
*Integrum, nec violatum*
*Subijcitur oculo:*
*Vt hoc ſignum comprobatum,*

Sic

Digitized by Google

*Sic culuis incredulo.*
*Dira domus & horrenda*
*In Templum conuertitur:*
*Religio ſtatuenda*
*Ibidem, accerſitur;*
*Virgo Mater reuerenda,*
*In hâc pié colitur.*
*Chriſte, per quem prædicatur*
*Æternis Sermonibus*
*Tua fides, & firmatur*
*Signis mirabilibus;*
*Fac vt contra quod narratur;*
*Reſpuamus auribus.*
*Genitori, Genitoque*
*Laus & jubilatio:*
*Salus, honor, virtus quoque*
*Sit & benedictio;*
*Procedenti ab vtroque,*
*Compar ſit laudatio.*
*Amen.*

Tanti miraculi *teſtes* profert ex totâ Europâ innumeros, prædictus Milonius in ſui Operis Præfatione: Conuentus acta, feſti dies, cenſus, immunitates, vitra, membranæ, mœnia, libri, officia Eccleſiaſtica, veteres vtiquè inſcriptiones comprobant. Eminet iſta in templi limine. *Hiſtoria veritas.*

*Icy eſt l'Egliſe & Monaſtere, &c. fondée en l'hon-*

*neur & reuerence du S. Sacrement de l'Autel, où le precieux Sang Miraculeux de la Sainte Hoſtie a eſté répandu.*

Ad introitum verò fornicis ſubterraneæ, vbi olim Iudæi cauea, & carnificina.

*Cy-deſſous, le Iuif fit boüillir la Sainte Hoſtie.*

*Sacellum S. Annæ.* Eſt in eâ quoque Baſilicâ Sacellum *D. Annæ* perpulchrum, cum deuotione erga B. Radegundem, ſingulis diebus veneris ſolemni. Proſtat inibi eruditi hiſtoriographi Papirij Maſſoni tumulus, cum hâc epigraphe; *Papirius Maſſonus Foreſius, in Senatu Pariſienſi Aduocatus hoc in loco jacet, quem ſibi longè ante obitum elegerat. Deceſſit* VIII. *Ianuarij* M. DC. XI. *Requieſcat in pace. Amen.* Adiectum & ſequens Epitaphium. *Epitaph. Maſſoni.*

MALLEOLO, ET CELTE INCISVM MARMOR, AIT.

*Si Sepulchra ſunt domus mortuorum, Papirius Maſſonus Annalium Scriptor, in hâc Domo quieſcit. De quo alij fortaſſe aliquid, ipſe de ſe nihil niſi quod olim qui hac legerit, illum vidiſſe cupiet.*

*Hoc Epitaphium Io. Maſſonus Eccleſiæ Baiocenſis in Lugdunenſi* II. *Archidiaconus, & Diaconus, ex Autographo fratris poni curauit.*

BEATA REQVIE FRVATVR.

*Benefact.* Inter plures à noſtro ingreſſu Benefactores, antecelluit profectò cùm D. Corbinelli, Dom. Garnierius; cuius cor in Eccleſiâ aſſeruatum

denotat, appoſita inſcriptio.

*Hoc marmore clauditur cor Prænob. V. D. Ioannis Garnierij, olim Errico tertio à ſecretioribus conſilijs, &c. Habuit Patrem militari gloriâ inclytum; & Plitinerienſi propugnationi Præfectum, fraude & rabie Caluiniana tantumnon Martyrem: liberos ex claro matrimonio cum perill. D. An. Garraut ſuſcepit, quos ſibi omnes voto ſacros Numen vendicauit. Inde Chriſtum magnâ ex parte hæredem inſtituit, & quo erat præcipuo erga S. Deiparam affectu, dilectiſſ. Carmelitis cordis ſui theſaurum, cum piâ & luculentâ dote jam* LXXX. *annorum ſenex, ſingulari erga filiorum vltimum amore delegauit.*

VBI COR MEVM, IBI THESAVRVS MEVS.

# CAPVT XXXIV.

## *Regina Oratorium Fonbellaquenſe, Votum pro pace.*

ALTERA Appendix Conuentus Sanctiſſimi Sacramenti, Hoſpitiolum eſt S. Nicolaj: vulgò de Baſſis lobijs, in ſylua Bellaquenſi non procul Sequanâ, amæniſſimè ſitum. Carmelitis an. M. DC. XXX. Regis liberalitate, & iuſtitiâ vendicatum; vno dumtaxat abs Regis Luparâ milliari, inter ſyluarum conſita, arborum frondoſa, vndo-



Digitized by Google

ſa fluminum EREMVM præſtat; qualem Patres noſtri, in Carmelo peroptaſſent. Et nos eorum æmulatione in dies magis, ac magis deſideramus, & apparamus.

*Cur Locus Solitudinis.*

Certè cum noſtrarum *Conſtitutionum* Pars prima, capite ſecundo exprimat, præſcribatque ſolitudinis locum; quo ſpiritus Ordinis olim Eremiticus, altiùs imbibatur: & ex ſeculi negotijs, etiam pijs adnatæ ſordes detergantur; ipſe hic loci genjus, ad vtrumque nos ſanctiſſimè inuitat. Auget quoque ſpes votiuas, Numinis prouidentia. Hoc namque ipſo an. M. DC. XLIV. dignata eſt pro inditâ à Deo, proprioque genio clementiâ, ſimul ac pietate Auguſtiſſima Princeps ANNA AVSTRIACA; noſtrum in ſjluæ meditullio, *Sacellum* conuenire. Inibi Idibus Octobris, quas decorat S. Thereſiæ feſtus dies, albo Carmelitarum lapillo notandus; inter ſacras λιτυργίας, pane cœleſti refici voluit. Capta mox, loci ad Eremum parati genio, tenues Ædes, hortos, prædia, prata, vireta, ſaltus, arbores, ſaxa, antra circumſpiciens: interrogans etiam de cenſu, redituque probabili; ſtatim in votum pacis, *Sacram Thereſiæ Basjlicam*, cogitat: necnon Obſeruantiæ noſtræ Cultoribus, Eremum pollicetur. Iubet haud morâ, operis non magni, ſed magnifici icnographiam; cujus propilæo, ſequens elogium deſtinauit.

*Conſilium Reginæ Matris.*

VOEV POVR LA PAIX.
L'ORATOIRE ROYAL,
BASTI PAR LA PIETÉ DE LA ROINE MERE,
ANNE D'AVTRICHE;
A L'HONNEVR DE SAINTE THERESE,
SOVS LE REGNE DV ROY
LOVYS XIV.
L'AN DE IESVS CHRIST

*Votum pro pace.*

# CAPVT XXXV.

## *Flexienſe Muſæum, dein Virginis Sacellum.*

ANDEGAVENSIS Territorij, præcipuum ſanè ornamentum Flexia eſt. Municipium amæno, & diuite ſolo; quod illuſtre fecerunt Magni Henrici IIII. Galliarum Regis cunabula: cordis eo loco conditi reuerentia, & Regiâ ab eo munificentiâ extructum Patribus Societatis Ieſu Collegium, ſi vſquam alibi celeberrimum. *Flexia.*

Eâ in vrbe ante viginti annos, noſtris poſitum eſt *Hoſpitium*; quod anno poſtea M.DC.XXXIV. in Cænobium verſum eſt. Nam Fratrum inibi degentium Religioſâ conuerſatione, modeſtiſſimæ *Hoſpitium.*

ſa fluminum EREMVM præſtat; qualem Patres noſtri, in Carmelo peroptaſſent. Et nos eorum æmulatione in dies magis, ac magis deſideramus, & apparamus.

*Cur Locus Solitudinis.*

Certè cum noſtrarum *Conſtitutionum* Pars prima, capite ſecundo exprimat, præſcribatque ſolitudinis locum; quo ſpiritus Ordinis olim Eremiticus, altiùs imbibatur: & ex ſeculi negotijs, etiam pijs adnatæ ſordes detergantur; ipſe hic loci genjus, ad vtrumque nos ſanctiſſimè inuitat. Auget quoque ſpes votiuas, Numinis prouidentia. Hoc namque ipſo an. M. DC. XLIV. dignata eſt pro inditâ à Deo, proprioque genio clementiâ, ſimul ac pietate Auguſtiſſima Princeps ANNA AVSTRIACA; noſtrum in sjluæ meditullio, *Sacellum* conuenire. Inibi Idibus Octobris, quas decorat S. Thereſiæ feſtus dies, albo Carmelitarum lapillo notandus; inter ſacras λιτυργίας, pane cœleſti refici voluit. Capta mox, loci ad Eremum parati genio, tenues Ædes, hortos, prædia, prata, vireta, ſaltus, arbores, ſaxa, antra circumſpiciens: interrogans etiam de cenſu, redituque probabili; ſtatim in votum pacis, *Sacram Thereſiæ Basjlicam*, cogitat: necnon Obſeruantiæ noſtræ Cultoribus, Eremum pollicetur. Iubet haud morâ, operis non magni, ſed magnifici icnographiam; cujus propilæo, ſequens elogium deſtinauit.

*Conſilium Reginæ Matris.*

VOEV POVR LA PAIX. *Votum pro pace.*
L'ORATOIRE ROYAL,
BASTI PAR LA PIETÉ DE LA ROINE MERE,
ANNE D'AVTRICHE;
A L'HONNEVR DE SAINTE THERESE,
SOVS LE REGNE DV ROY
LOVYS XIV.
L'AN DE IESVS CHRIST

# CAPVT XXXV.

## *Flexienſe Muſæum, dein Virginis Sacellum.*

ANDEGAVENSIS Territorij, præcipuum ſanè ornamentum Flexia eſt. Municipium amæno, & diuite ſolo; quod illuſtre fecerunt Magni Henrici IIII. Galliarum Regis cunabula: cordis eo loco conditi reuerentia, & Regiâ ab eo munificentiâ extructum Patribus Societatis Ieſu Collegium, ſi vſquam alibi celeberrimum. *Flexia.*

Eâ in vrbe ante viginti annos, noſtris poſitum eſt *Hoſpitium*; quod anno poſtea M.DC XXXIV. in Cænobium verſum eſt. Nam Fratrum inibi degentium Religioſâ conuerſatione, modeſtiſſimæ *Hoſpitium.*

Bb iij

pietatis exemplo, ſimulque ſcientiarum peritiâ non vulgari commoti Ciuium inter Flexienſes plurimi: iuuante Clariſſimo Marchione Varanio, annuente Illuſtriſſimo, & quâ nos dignatur amicitiâ notiſſimo, D. Ruzæo Andegauenſi Epiſcopo; Rege & ſummo Pontifice iubentibus, noſtræ *Obſeruantiæ* Familiam in ſuæ Ciuitatis jura, Conuentus nomine adoptarunt.

*Cenſus.* *Cenſus* ideò neceſſarios juuit Ciuis Andinus, Dom. de la Noue-Couſin; qui Caſtrenſium partem, ſeque mox totum cultui Beatæ Virginis inter nos conſecrauit. Acceſſit paucis retrò annis, dono felicis memoriæ Ludouicj XIII. (cui ſanè *Sacellum B. V.* debemus plurima) *Sacellum* Beatæ Virginis ad Vrbis portam, quà diruti Caſtri maceries interlabenti flumini imminet. Sacram ædem commendant frequentia miracula, Plebs verò matutinis, ſerotiniſque horis Frequentiſſima. Conceſſam paucis ante annis non mediocri ſtudio decorabat beati nominis, & ominis P. Seraphinus à Ieſu; dum in ampliorum ſpe, poſt nauatam diu Eccleſiæ, & Religioni operam: ad felices in cælo manſiones commigrans, ingens ſui nobis deſiderium reliquit.

Digitized by Google

# CAPVT XXXVI.

## *Virgo Flocelleriensis Lauretana.*

POSTHVMVM opus, diu meditatum, Autori ſuo priùs ſepulcrum fuit, quàm nobis Domicilium. Iam enim ab an. M DC. XVI. ex conſilio illuſtrium Sororum Simonæ Maille-Brezeæ Andegaui Abbatiſſæ, itidemque Iuonæ Maille-Brezæe Prioriſſæ Curtamontiæ; propoſitum retulerat in acta publica perilluſtris D. Iacobus Maille-Brezæus, Flocellerianus. Marchionis togæ, ſagique laudibus clari *conſilium* erat vetus; tàm pro ſe, quâm pro Dominâ Elizabethâ Halmitonâ, Deum à viris Deo dicatis exorari. Optati in eam curam *ex Obſeruantiâ Carmelita*, quorum Rhedonis, Andegauique guſtum acceperat. Pactum per Notarios tunc exceptum, varia diſtulere; donec an. M. DC. XLI. pari cum pietate munificentiâ, opus Monaſterij aggreſſus eſt. *Deſtinatur.*

Ergo haud procul veteri Prætorio ſuo, Oppidoque Flocellerienſi: inter Montium iuga in amœnâ, vberique planitie totius molis fundamina deſignat. Locum inter Pictones inferiores reuera *Locus.*

Digitized by Google

commodum, in Epiſcopatu Luſſionenſi; Diuæ Virgini LAVRETANÆ, voluit conſecratum. Et quia eo in Tractu, Vulgus quoque ruſticum paſſim infecit lues Caluiniana; illi ante omnia, nobiſque *propoſitum* fuit; hîc noſtri Ordinis Seminarium condere, in quo ſelecti ætate, virtute, eruditione exploratâ, ſpecialibus controuertiæ ſtudijs excolantur: præparenturque ad Miniſterium graue, gratumque onus pro aberrantium ſalute tam in Regno, quam extra peragendum.

*Titulus.*

*Seminariũ Controuert.*

Surgebat jam viſenda Domus hortis, prædijs, cenſibuſque ab illuſtriſſimo Fundatore dotata: optimi inſuper Chriſti Sacerdotis D. Ioannis Boüini, beneficijs aucta; cum illuſtriſſimo Nepoti Marchioni Brezæo, ex primâ Ludouici XIII. ad Luſitanos legatione redeunti, aggratulans Marchio Patruus; animam quam iteratâ pridiè, & nudiuſtertiùs ſacrâ communione ritè parauerat: ſuos Carmelitas aduocans, dilectiſſimam vxorem Angenæam interpellans: demum ſuauiſſimum IESV nomen iterum, atque iterum pronuncians, per vltima Sacramenta ſenex efflauit.

*Moritur Fundator.*

Erepto parenti optimo, quantum religioſa proles indoluerit (illiberis enim de cetero obijt) habita à P. Licinio noui delubri tunc Superiore, funebris oratio ſatis declarat. Tranſactum deinde cum illuſtriſſimo Mareſcallo D. Vrbano Maille-Brezæo, defuncti in ſolidum hærede; vt *noſtrorum*

cura

cura poſthumum opus, ad deſtinatum finem properaret. Quod in dies ſedulò exequimur, juuante imprimis altero per vxorem Nepote, Marchione jam Flocellerio.

Iuſta ad defuncti tumulum perſoluta hîc ſi attexuero, magni reuera Viri compendium dediſſe exiſtimabo. Agmen ducet feralis ejus Orator, P. Licinius à S. Scholaſticâ, cujus propterea Elogium vernaculo ſermoni reliquimus.

A. Ω.

LE FEV QVI ANIMOIT CES CENDRES, LES A ESTEINTES.

*MEſſire Iacques de Maillé-Brezé, Cheualier de l'Ordre du Roj, Conſeiller en ſes Conſeils d'Eſtat & Priué, Capitaine de cent hommes d'Armes de ſes Ordonnances, Maiſtre de Camp d'vn Regiment d'Infanterie, Marquis de la Flocelliere: noble fruict de la tres-Illuſtre alliance de Meſſire Claude de Maillé-Brezé, auec Madame Robinette de Hamon.* *Epitaph.*

*Naquit pour la gloire de ſon nom, le bien de ſes ſujets & de ſon pajs, l'accroiſſement de la Religion & de l'Eſtat; au Chaſteau de Ceriſaj, le* VIII. *Ianuier de l'année* M.D.LXXVIII.

*La pieté fut ſa premiere Nourriſſe, dans le Palais de ſon grand Oncle Meſſire Sjmon de Maillé, ſainct & ſçauant Archeueſque de Tours.*

*Les Muſes l'eſleuerent dans les plus fameuſes Vniuerſitez de France, ſans rien luj cacher des delicateſſes du Parnaſſe, des ſubtilitez du Porche, de la ſaincteté des Loix,*



Digitized by Google

*ou des myſteres de la Sacrée Theologie; ſe promettant de luy faire prononcer des Oracles dans l'Egliſe, ou des Arreſts ſur les Fleurs-de-Lys. Mais la generoſité de ſon ſang ne pouuant ſouffrir le repos du Mortier, non plus que la reſidence attachée au bâton Paſtoral; apres que les voyages dans toutes les plus celebres Prouinces & Eſtats de l'Europe, luy eurent donné l'experience des grandes affaires, auſſi bien que des grands eſprits; la Cour de la Sereniſſime Princeſſe Marguerite de Valois, Royne de France, dont il fut Gentilhomme d'honneur, adjouta les dernieres graces à ces rares qualitez.*

*Quatre dixaines d'années l'ont veu ſuer ſous la Salade & le Corcelet, pour le Seruice des Roys Henry le Grãd, & Louys le Iuſte: pour le maintien de la Religion Catholique, & la deffence de ſa Patrie; ſans auoir manqué à aucune action de courage, tandis que ſon corps a peû porter les feux de ſon eſprit.*

*Ne pouuant plus faire la guerre à l'ignorance, ny à l'hereſie auec ſon eſpée: ſon zele l'a obligé de fonder, bâtir & doter ce Monaſtere; pour l'expoſer comme vne forteresse aux rauages qu'a fait l'vne & l'autre dans ſes quartiers du bas-Poictou. Et ſa ſinguliere deuotion vers l'incomparable Mere de Dieu, luy fit choiſir pour l'execution de ſes deſſeins, les Freres de cette glorieuſe Vierge Marie du Mont-Carmel.*

*La mort le rauit deuant la perfection de ſon ouurage, & l'enleua d'entre les bras de ſon tres-illuſtre Nepueu, Meſſire Iean Armand de Maillé-Brezé; qui retournoit Ambaſſadeur Extraordinaire du Portugal, l'an de grace.*

Digitized by Google

M. DC. XLI. *le* VIII. *des Ides de Nouembre.*

*Pleure, paſſant auec nous la perte d'vn ſi bon Pere, & prie pour le repos de ſon Ame.*

Succinit alter è noſtris, latinis nænijs ſequentibus.

D. D.

IACOBI MAILLE-BRESÆI, MARCHIONIS FLOSSELERIJ, EQVITIS TORQVATI PIJS MANIBVS, AC MEMORIÆ ÆVITERNÆ.

*VIri, immò virtutis armatæ, amatæ ac palmatæ nomen legis; quiſquis ad hoc libitinæ ſpolium, & breue ingentis meriti elogium aduortis. Hunc namque longâ, & illuſtri Auorum ſerie Orbi Gallico Nobilitas peperit, Religio nutriuit, Muſæ omnes educarunt, domeſtica palæſtra formauit, extera peregrinatio erudiuit: Margarita Auguſtæ Comitatus expoliuit, Martis ac Palladis tituli ex æquo ornauere; Pietas erga Patriam, fidelitas in Principem, zelus pro Orthodoxâ fide aduerſus Heterodoxos viuum ad virtutis, honoris, famæ apices extulerunt: mortuum beatâ apotheoſi conſecrant, in annos porrò ſeculares.*

*Naſcitur inter Pictones an.* M. D. LXXVIII. *Ibidem noui inter delicias Carmeli, quem Deo, Chriſto, Deiparæ dicabat: nec non redeuntis è Luſitanâ Protolegatione illuſtriſſimi Nepotis oſcula, heu! ſuprema: vltimaque Eccleſiæ Sacramenta, denaſcitur an.* M. DC. XLI.



Digitized by Google

*Lege viator, luge; & σὺν Θεῷ, vita*
*Ac necis parem tibi ſortem elige.*
*Optimo Cœnobiticę familiæ Parenti,*
*Iuſta iſthæc iuſtiſſima perſoluebat.*
*F. L. Carmelita Rhedonenſis.*

Nec defuerunt Elegi ab amicis, quorum prior veteri ſtjlo occinit.

CLARISSIMÆ MEMORIÆ ILLVSTRISSIMI D. D. IACOBI DE MAILLE'-BREZE', MARCHIONIS DE LA FLOCELLIERE, CERIZAY, L'ESPAV, &c. DICATVM CARMEN IOANNIS BOVIN, PRESBITERI FLOCELLERIANI.

*HIc jacet exanimis Brezæi ſanguinis heros,*
*Qui Flocelleriæ Marchio viuus erat.*
*Magnanimi ſpeculum, generoſæ gloria vitæ*
*Conſilio forti, ceu pietate fuit.*
*Sumptibus immenſis Carmelum condidit, in quo*
*Perſoluetur honos debitus vſque Deo.*
*Plangite, ſubjecti populi; tu patria tellus*
*Plange magis, Domino nunc viduata tuo.*
*Fundite, deuoti Patres, pia vota, preceſque;*
*Defunctoque ſacrum ferte miniſterium.*
*Omnes ſolliciti obſequijs contendite iuſtis,*
*Iuncta ſit æterno mens ſuper aſtra Deo.*

Digitized by Google

Alter ex Andinis Patronus deflet.

CARMEN LVGVBRE.

*De Brezæorum generoſa Marchio Gente,*
*Pro tumulo templum Flocelia*rus habet.*
*Martia quem virtus quatuor per tempora Regum*
*Exemplar ducibus, militibuſque dedit.*
*Vera piæ mentis, magni nota pectoris hæc eſt,*
*Quod ſtruit hanc ſacram dotat & ipſe domum.*
*Iam ſenior, meritis clarus Prorege nepote*
*Et pronepote feri monſtra domante maris.*
*Hunc Luſitanis legatum lætus ab oris*
*Dum videt, & laxo pectore colla petit.*
*Egredientem animam Deus inter gaudia ſenſim*
*Excipit, & meritâ ſorte repente beat.*
*Sic pia mens Cælum tenui velut excita ſomno*
*Scandit, & Angelicas ſe videt inter opes.*
*Contigit vt nulli meliùs vixiſſe, decebat*
*Dulciùs vt nulli ſic potuiſſe mori.*

*Philippeaux Patronus Salmurienſis.*

Tandem tumulum obſignat è noſtris alter.

TVMVLVS.

*Siſte viator, vt videas magni nominis & animi virum. Implet Europam geminum Brezæorum ſidus, quorum Patruum hæc vrna claudit. Sic funeri cedunt inclyta nomina. Quî tantum amas?*

HEV!

*Quod vides, Marchio eſt Floſſellierus, quem nobilitas ge-*



Digitized by Google

*nuit, virtutes educarunt, gratiæ omnes in ſummum heroa compoſuere.*

E N.

*Oculos olim vigiles, en ſagacem vultum, en modeſta ora, en doctam linguam, en manus ſtrenuas. Plura noli quære-re, nam nobilis & chara coniux cor habet, cælum ani-mam.*

*Vnum eſt quod potes rogare, num tanti herois ſuperſti-tes filij?*

O ADORANDAM SORTEM!

*Negauit natura paucos, vt Religio innumeros daret. Nampe ſumma pietas exprimi paucis non potuit, & tam ingens iactura nunquam morituris debuit defleri.*

*Hos habuit conſummatæ virtutis teſtes, ſolatium vlti-mæ ſenectutis. Viuebat tantùm, vt filiis Carmelum con-ſtrueret; ſtruebat, vt velut Parens alter igneis quadrigis ad cælum veheretur.*

TANDEM.

*Raptus eſt, inter oſcula pronepotis Illuſtriſſimi, Con-iugis dilectiſſimæ ſuſpiria, pauperum miſerandos eiulatus, ardentiſſimas Filiorum lachrimas. Tu ſi luges, mitiga preci-bus dolorem, & abi.*

Fr. B. A. S. A. Carmel.

Anno non benè euoluto, accubuit ſimili fato fidiſſima Coniux; quod ſequens epitaphium lo-quitur, ab illo ipſo Mariti laudatore funebri.

A LA POSTERITE'.

*Haute & Puiſſante Dame, Iulienne d'Angennes repoſe icy auec ſon illuſtre Mary.*

*Elle n'eut de vie pour le ſuruiure, qu'autant qu'il en falut pour ſe fondre toute en larmes ſur ce tombeau: des pieds duquel ſe leuant vn Dimanche des Rameaux, apres auoir aſſiſté à trois Meſſes, vne heure apres s'eſtre confeſſée & communiée, comme pour viatique, ſurpriſe d'apoplexie deuant la porte de ſon Egliſe de Parroiſſe, au milieu de la proceſſion de ce Iour; en meſme temps qu'on ſaluoit la Sainte Croix par ces paroles,* O CRVX AVE SPES VNICA: *apres ſix heures d'agonies, porta deuant Dieu le fruict de ſes bonnes œuures; auec les ſentimens de pieté & de deuotion qu'elle venoit de puiſer en la viue ſource de toutes graces.* *Epitaphium vxoris.*

*Paſſant, ſouhaitte au moins vne ſemblable fin, & ne laiſſe pas de prier auec nous pour le repos de ſon ame.*

*Le* XXIII. *de Iuin en l'an* M. V$^{c}$ IV$^{xx}$ III. *& le* XXIX. *de Mars en l'an* M. VI$^{c}$ XLIII. *ſont les deux termes de ſa vie mortelle.*

REQVIESCAT IN PACE.

*Date ei de Fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.* Prouerb. 31.

Digitized by Google

# CAPVT XXXVII.

## *Appendix de Sanctimonialium Ordinis Carmelitici, in Armoricâ Monaſterijs.*

FLOREBAT in inferiori præſertim Germaniâ, Belgioque adiacentibus Galliæ Prouincijs B. Sorethij Reformatio; cum eam quoque Armoricis inferre, aggreſſus eſt optimus Generalis. Per id ſimiliter tempus beatæ memoriæ Franciſca Amboſia, poſt Mariti Petri II. minoris Britanniæ Ducis obitum, ad arctiorem vitæ diſciplinam aſpirabat. Inde conſilium init cum Reuerendiſſimo Sorethio, de Carmelitinarum his in partibus inſtitutione. Ergò juſſu Pontificis, Leodio euocantur *Sorores nouem*; quæ in Armoricam aduentarunt an. M. CCCC. LXIII. in peruigilio omnium Sanctorum.

*Occaſio duplex.*

*Leodio Sorores 9.*

Interim ſanctiſſima Vidua cum Neptibus Trimollianâ & Flocelleriensi, alijſque nobilioribus puellis, erudiebatur Monaſticâ diſciplinâ per duas Siſtertienſes, quas ex Abbatiâ Hennebotenſi in hæc rudimenta ſecum obtinuerat.

Quanta porrò lætitia nobiliſſimam Viduam inceſſerit.

Digitized by Google

ceſſerit, tum cùm expectata pignora amplexata eſt, non ſum exprimendo. Illis ſtatim apparat *Monaſterium*, ſub titulo Tri-Mariæ, non procul à noſtro Bonidoni Conuentu; quo receptæ an. M.CCCC.LXIII. Chriſti odorem vbiquè ſpargunt ad miraculum. Ipſa inter hæc Duciſſa domeſticis curis tantillùm impedita, dum in Caſtro de Rupeforti, vitat contagia, diuino inſtinctu *votum* caſtitatis publicè concepit. Vouenti de cælo læuùm intonuiſſe, ſenſere omnes, & fugere: relictis dumtaxat Eleemoſjnario, & qui Sacris tum operabatur Sacerdote; cujus manu excepta Sacra ſjnaxis, ceu Duciſſæ viduæ voti ſigillum fuit. Tandem poſt varias difficultates diuinâ vi, etiam per miracula expunctas, ipſamet ſacris Virginibus aggregatur. *Prima Fundatio.* *Vouet B. Franc. Ambosia.*

Factvm Illuſtre ipſo Annunciationis feſto, VIII. Kal. Apr. an. M.CCCC.LXVII. mediâ in Eccleſiâ Bonidoni, ſub Crucifixi deſuper pendentis effigie: coram ingenti omnium Ordinum, ex totâ Prouinciâ multitudine; Præſentibus Illuſtriſſimo Venetenſi Præſule, Clero, Magiſtratu, Populo: miniſterio Generalis Sorethij, cum quatuor è ſuo Comitatu Domicellis, ſchema ſuſcepit Carmeliticum. Anno probationis euoluto, velum benedictione Epiſcopi ſacrum; eodem Chriſti Incarnati die, profeſſionem emiſit hâcce formulâ. *Ingreditur ordinem.*

*Ego Soror Franciſca d'Amboiſe, facio profeſſionem*

*meam, & promitto Deo obedientiam, & B. Dei Genitrici Mariæ de Monte-Carmelo, & tibi Fratri Ioanni Soreth, Priori Generali Ordinis eiuſdem Dei Genitricis de Monte-Carmelo, tuiſque ſucceſſoribus canonicè intrantibus: ac Prioriſſæ huius loci & ſibi ſuccedentibus; cum perpetuâ continentiâ, & abdicatione proprietatis, ſecundum regulam eiuſdem Ordinis, vſque ad mortem cum perpetuâ clauſurâ.*

*Vita illius.* Eximia virtutis opera exindè ſecuta non attingo, quia à nobis ſpeciali VOLVMINE pridem digeſta. Dicam ſolùm quod propoſiti eſt, ob aërem inſalubrem, quo hodièque noſtri infeſtantur; hinc ſanctiſſimam Matrem, cum ſuo Virginum choro Nannetas commigraſſe. Eo ſiquidem fine obtinuerat Dux Aremoricus, vt Prioratus Dominæ de *Scotijs*, diſtans ab Vrbe milliari vno: appendix Abbatiæ S. Sulpicij in Diœceſi Rhedonenſi, ex Ordine Benedictinarum; in nouum hunc vſum tranferretur, Pontificiâ Sixti IV. autoritate. *Tranſlatio Nannetas.*

Ratú, factum. Succedit cum ſuis Monialibus ſancta Heroina, queis præfuit annos plures, dignitate minùs quàm virtute conſpicuâ. Monaſterium intereà auxit opibus, priuilegijs decorauit; ſuis ipſa reliquijs ditauit, in eo emoriens Chriſto confixa: nec ſine publicâ ſanctimoniæ famâ, miraculiſque teſtantibus ſanctitatem. Rem & tempus monſtrat Epitaphium, lapidi Sepulcrali inſculptum natiuo idiomate.

Digitized by Google

*Cy giſt tres-haute & vertueuſe Dame Sœur Françoiſe d'Amboiſe, en ſon viuant Ducheſſe de Bretagne, Eſpouſe du bon Duc Pierre; apres la mort duquel elle entra en la ſainte, & deuote Religion Noſtre-Dame du Carme: & prit l'habit le iour de l'Annonciation noſtre Seigneur, l'an* M. CCCC. LXVII. *& audit iour fit profeſſion l'an reuolu. Viuante ſous cloſture & entiere Obſeruance, & bonne reſolution iu'qu'à ſon treſpas; qui fut le quatrieſme iour de Nouembre, au Vendredy heure de None l'an mil quatre cens octante & cinq.* *Epitaphium B. Franc. Amboſiæ.*

Ex in ſacras inter Matris reliquias, adeò excreuit Proles Carmelitica; vt dimittendam aliò *Coloniam*, neceſſitas & pietas perſuaſerint. Memores quippe primæ ſedis apud Venetias Armoricas, Sorores duæ ſupra vigintiScotijs emiſſæ Idib. Apr. an. M. D. XXXIX. Domum Nazarethæam moliuntur. Et (quod rarum) præpingui annonâ, ex proprijs ipſarum cenſibus cumulant. Fundationis leges hæ ſancitæ. *Redeunt Venetum.*

1. *Quod diuinum Officij penſum, iuxta ſui Ordinis Statuta exoluerent; pro modo & formâ, queis in Monaſterio des Coëtz exoluitur.* *Conditiones fundationis.*

2. *Quod eligerent ſibi, & inſtituerent de triennio in triennium Prioriſſam ſuam, eâ trieride non interlapſâ.*

3. *Quod vtræque Moniales tàm Scotiarum quàm Nazarethi, vnicum & eundem haberent Vicarium Generalem; à quo inſpicerentur vtrobiquè, ac recognoſcerentur;*



Digitized by Google

*ſecundum ordinationes Reuerendiſſimorum Magiſtrorum Ordinis Generalium, Bernardini de Senis quondam, & Nicolai Audet præſentis.*

4. *Quod Vicarius ille Generalis, ab merâ Profeſſarum Choriſtarum vtriuſque Monaſterij voce conſtitueretur: non ſecùs, nec aliter.*

5. *Quod ſi ignis euentu, aut bello præfatum Nazarethi Monaſterium excidium pateretur, vel ruinam: aut peſte, alterâue fortunâ Religioſarum numerus ad Diuinum officium perſoluendum inſufficiens, eo in Monaſterio remaneret, aut in Reformatione & obſeruantia ſuæ Regulæ ac Statutorum non degerent: aut Prioriſſa, in Officio Prioriſſæ vltrà dictum triennium à confirmatione conſecutâ remaneret; aut alium vellent Generalem Vicarium habere, vel Viſitatorem ab illo quem ſibi præſtituiſſet Scotiarum Conuentus: Tunc occurentibus ijs caſibus, & eorum quolibet, nominata jam redeant prædia, & poſſeſſiones ad eundem Conuentum des Coëtz, ac deuoluantur; qui pariter eas Moniales recipere tenebitur & admittere, quæ ſupererunt in Nazarethi Monaſterio. Vicario item Generali ſupplicant, ſuum huic ſtipulationi apponat decretum; quæ acta eſt in eo Scotiarum Conuentu, duobus ſigillis munitâ, VIII. Idibus Aprilis an.* M. DC. XXIX. *præſentibus de Carheil & P. du Breil Notarijs.*

Quanquam an. ſequenti M. D. XLIII. Pactum laxauere, & proprium ſibi Vicarium vendicarunt ex indulgentiâ Pauli III. Pontificis; quod Capite ſequenti, per tranſennam diſpicietur.

Digitized by Google

# CAPVT XXXVIII.

## *Conuentus nouelli duo, prioribus additi.*

EX quo Nannetis egreſſæ Moniales Venetum appulerunt, manſit Nazarethum Sororum numero, & piâ prole gaudens. Sequenti autem Seculo, vident *Ciues Rhedonenſes* natam apud eos Carmelitarum Obſeruantiam, Vrbi plurimum & pietatis, & decoris contuliſſe: noſtrorumque ductu, plures inſigni familiâ Puellas per mundi faſtidia, ad Monaſticam contendere. Porrò vnam tum in Vrbe S. Georgij Benedictinarum Abbatiam, tot cœleſtis vitæ Candidatis nequaquam ſufficere, erat in comperto. Ergò frequenti Scabinorum in Vrbe conſilio, Decretum exit; quo rogatur magni per ea tempora nominis, nominatus ſupra R. P. Theobaldus, velit Sanctimoniales Obſeruantiæ Rhedonenſis legibus ſimillimas inſtituere. Poſtulatum id XII. Kal. Ian. an. M DC. XVIII. impetratum dumtaxat an. M. DC. XXII. Tum namque cunctis ritè procuratis, P. Theobaldus Nazaretho euocat ſeptem Moniales; quæ Ibid. April. die S. Leoni ſacrâ, in Suburbio S. Melanij primam ſedem defixere.

*Occaſio Fundationis.*

*Fundatio Ploarmel.*

Poſtmodùm Pontificiâ, Cæſareâque autoritate in Nundinorum latifundio, SEPVLCRVM ædificant; Monaſterium quod de facili, certauerit cum præſtantiſſimis. Fundatores ipſi Vrbis Optimates, qui volupe habent Veſtales cernere Deo dicatas ſupra ſexaginta; inter ſequioris ſexus infirma, Angelicæ virtutis imitatrices.

Metropolim imitatur in viciniâ Ploarmelum. Anno ſiquidem M.DC.XXVII. Vrbis conſenſu, nutu Reuerendiſſimi Maclouienſis, Regiâ demum autoritate, inædificatum eſt in Suburbio Parthenæum BETHLEEMICVM: quod ſequens ſtructura reddit celebre, Monialum verò numerus & ſanctitudo celeberrimum.

*Regimen.* Viſum per ea tempora, circa illarum *regimen* nonulla inſtaurare. Iam enim primam paulo poſt inſtitutionem, duo Conuentus antiquiores Nannetenſis ac Venetenſis priuilegijs fruebantur: æui genio, Eccleſiæ & Ordinis conditioni temporaneæ accommodatis. Nouo ſcilicet jure fas erat Sanctimonialibus vtriuſque Monaſterij, quos libuiſſet ex Ordine ſibi eligere tàm in Confeſſarios, quàm in Generalem Vicarium: quin etiam Nouitios Clericos, Laicos pro famulatu induere: electos, aut receptos ad libitum repudiare. Sic per electionem, receptionemve Reuerendiſſimo Generali immediatè ſubditi, nullum alium in Galliâ Superiorem agnoſcentes; domunculas habitant,

Monaſterijs Virginum attiguas : totique vacant illarum negotijs partim ſpiritalibus, partim temporaneis. *Cauſa tunc Priuilegij.* Priuilegij inſoliti, & à Monaſterijs etiam Leodienſibus (vbi illarum origo) diuerſiſſimi, *ratio* fuit temporum calamitas ; quibus formidatâ, pluribus (vt ſolet) Reformatione : metus erat ne ſi Moniales illibatæ regerentur à non Reformatis, ipſa inter illos Regularis diſciplina marceſſeret. Abhinc verò diſcordiæ ſementem ſemper in Prouinciâ extitiſſe, ſupra memini.

Cum igitur alia tempora, aliæ leges : cauſâ ceſſante, VISVM SVPERIORIBVS priuatam legem meliore commutandam. *Cur mutatio.* Sapienter quippè aduertebant cordati Viri, & ſinceri; totam modò Prouinciam, ope Numinis ad Reformationis canones exactè conformatam : æui iniquitate poſſe non pauca paſſim ex eâ viciniâ oriri, premenda potius quàm promenda : diſcolis, & tepidis ( vt nunquam deſunt in magno Cætu ) patere oſtium ad laxiora : eiuſmodi inauditâ ad libitum Regularium noſtrorum aſſumptione, Prouinciam mox exhauſtam iri : vltra τὸ πρέπον & æquum reputari, auulſos à ſuo corpore Regulares, vni loco ſic perenniter adglutinari, vt nullius in Galliâ Maioris viſitationi ſubmittantur : & ne eam per innumera, abs vltimo Concilio Tridentino, Sanctimonalium Monaſteria vel alicui Congregationi, vel Reuerendiſſimis Ordinarijs ſubijcienda.

Digitized by Google

Vnum porrò nos maximè vrgebat, Viros multo labore & ſudore, longo tempore, pluribuſque impenſis ad vſum Prouinciæ, pietatis & doctrinæ diſciplinis diu formatos: mox è noſtro ſinu nobis inſcijs, nobis inuitis per fas, ac nefas auelli. Remedium præſens, intactâ quoad nos Sanctimonalium vel famâ, vel lege priuatâ, frequentibus ſæpè Capitulis optatum, decretum illud vt jugum à noſtrâ ceruice depelleretur. Suas ſibi res haberent Chriſti famulæ, ſed citra noſtratis Obſeruantiæ præjudicium. Illę è contra exoleti iuris tenaciſſimæ, adeò nihil priuilegijs volunt imminutum; vt capiendi, recipiendi: eligendi, veſtiendi noſtros, alienos, quos libuerit libertati mordicùs adhæreſcant.

*Decreta Pontificis, & Regis.*

Quid facto op⁹? Dubio procul oracula conſulere. Cauſa dicta apud Pontificem, per duos & ampliùs annos hinc inde agitata, examinata, dijudicata; *nefas deinceps Carmeliticis Monialibus, vllos è Prouinciâ Turonenſi, vel ex Rhedonenſi Obſeruantiâ à nobis ſegregare, ad ſe allicere: eligere, aſſumere, aut quacumque viâ arrogare.* Lite contradictoriâ exit Breue Vrbani VIII. quo inhibentur prædictæ Moniales, Seculares pro ſuo ſeruitio recipere ad habitum: iubentur viſitari quolibet biennio, per Commiſſarium à Generali deputandum: illis è Prouinciâ Turonenſi hactenus inſeruientes tam Clerici, quàm Laïci ad ſuos Superiores remittuntur, illiſque denuò ſubijciuntur; adeò vt nec vlli è Pro-

uinciâ,

Digitized by Google

„uinciâ, ad ejuſmodi miniſterium deinceps eligi „valeant, &c. Datum Romæ ad Sanctam Mariam „Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die VII. Iunij „M. DC. XXXIX. Domini, Pontificatus anno „decimo ſexto. *M. A. Maraldus.*

Appellant Priuilegij Scotici fautores ad Cæſarem, imus prouocati; ſemel, iterum, tertiò Rex Chriſtianiſſimus perindè vt æquiſſimus iubet, edicit, imperat planè, prorsùs ex Pontificis beneplacito; *ſint deinceps Carmelitæ Prouinciæ Turonenſis, ab hoc onere immunes*: neu præſumant *Sanctimoniales, quenquam è noſtris priſco more ſibi, ſuiſque vſibus vendicare.* Diploma vltimum, juſſu ſpeciali quod vocant, datur noſtris abſentibus, propemodum inſcijs.

Rebus ita iuridicè compoſitis, Scotiarum domus nondum ſibi conſtat ſatis: Nazarethæa, ſuis juribus huc vſq; vtitur; reliquæ duæ S. Sepulcri, & Bethleæmic, a genuina Obſeruantiæ ſoboles virtuibus decora, erogant à Superioribus *Concordatum.* *Concordatum.* Quo certis conditionibus ſuos ſibi è noſtrâ Prouinciâ eligunt tam Vicarium Generalem vnicum, quàm Confeſſarios. At non vltra ſexenniũ eo in officio duraturos, & ſingulis annis Reuerendi Prouincialis in viciniori Conuentu viſitationi obnoxios. Fœderis huiuſmodi leges confirmauit S. D. Vrbanus P. VIII. per Breue, quod incipit. *Saluatoris Domini noſtri Ieſu Christi &c. Datum Romæ apud San-*



Digitized by Google

*ctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die* XIV. *Februarij* M. DC. XXXIX. *Pontificatus noſtri anno decimo ſexto.*

Hactenùs mali ſubinde repullulaſcentis ſurculi inter nos vtcũque acciſi, ſi minùs *radices* in totum extirpatæ. Eant ò vtinam! omnes hi, & illæ adeò de virtute in virtutem; vt creſcant ſemper, meliorum chariſmatum æmulatione.

*Recapitulatio totius Operis.*

Nobis verò manum laturis de tabulâ, *poſteaquam* Prouinciæ Turonenſis lineas adumbrauimus, Rhedonenſis Obſeruantiæ vmbras rudi penicillo delineauimus: Conuentuum ſingulorum Fundationes, & Inſtaurationem depinximus; vnum reſtat, Deum efflictim exorare præeunte Scripturâ in ſacram formulam; *Saluos facere dignetur Seruos ſuos, filios ancillæ ſuæ: detque illis benedictionem, vt ſub Sanctiſſimi Conjugij Ioſephi & Mariæ tutelâ, creſcant in mille millia: vt per Charitatem perfectionis vinculum, ſimul inter ſe colligati, perque Chriſtum Deo religati; vnus cum eo ſpiritus euadant, fiant vnum, conſummentur in vnum: omniumque tandem ſit cor vnum, & anima vna. Amen.*

DELINEABAT FR. L. C. RHEDONENSIS,

AN. M. DC. XXXIV.

&

M. DC. XLV.

Digitized by Google

# INDEX CAPITVM.

CAPVT I. *Compendio proponuntur origo, nomenclatura, antiquitas, Statuſque triplex ſacri Ordinis Carmelitarum.* p. 1.

CAP. II. *Ordinis Carmelitici Regula triplex, quomodo approbata, & cur immutata accuratiùs expenditur.* p. 8.

CAP. III. *Carmelitici Inſtituti, partes duæ: prærogatiua quoque ſingularis, ex Virginis patrocinio inſinuatur.* p. 13.

CAP. IV. *Ordinis totius Carmelitici in potiora membra, per triginta quinque Prouincias diſtributio,* p. 18.

CAP. V. *Qualis ſtatus Prouinciæ Turonenſis per ducentos annos extiterit, breuiter adumbratur.* p. 24.

CAP. VI. *Obſeruantiæ Rhedonenſis origo prima, paucis aperitur.* p 33.

CAP. VII. *Felix in hunc diem Obſeruantiæ Rhedonenſis progreſſus, ſummariè indicatur.* p. 42.

CAP. VIII. *Delibatur Obſeruãtiæ Rhedonenſis propagatio,* p. 48.

CAP. IX. *Quibus potiſſimùm vijs Reformatio aucta videtur, & ſtabilita.* p. 53.

CAP. X. *Fructus Obſeruantiæ quales, & aliæ ad Reformationem induſtriæ denotata.* p. 61.

CAP. XI. *Quanti refert Obſeruantiæ Rhedonenſis Cultores, ſuæ vocationi fideles ſe præſtare.* p. 67.

CAP. XII. *Conuentus Rupellenſis ſors diuerſa.* p. 74.

CAP. XIII. *Conuentus Andegauenſis fundatio, & reformatio.* p. 79.

CAP. XIV. *Regia Carmeli Turonenſis paratura.* p. 87.

CAP. XV. *Cõuẽtus Ploarmelẽſis, in Armoricâ primarius.* p. 90.

CAP. XVI. *Nannetenſis Conuentus Ducalis, erectio.* p. 96.

Digitized by Google

CAP. XVII. *Conuentus Aurelianenſis trina inſtauratio*, p. 104.
CAP. XVIII. *Iulioduni Conuentus innouatur.* p. 107.
CAP. XIX. *In Aſylo Paulopolitano Carmelitæ collocati.* p. 111.
CAP. XX. *Conuentus Pictauienſis fundatio varia.* p. 116.
CAP. XXI. *Aulnanſis Conuentus adoptio.* p. 119.
CAP. XXII. *Maritimæ Pont-Abbati Carmelitarũ ſolitudo.* p. 124.
CAP. XXIII. *Carmelus Hennebonti olim ſingularis.* p. 130.
CAP. XXIV. *Conuentus Viuonenſis reſtauratio.* p. 132.
CAP. XXV. *Conuentus in Diœceſi Dolenſi vnicus.* p. 134.
CAP. XXVI. *Vno à Veneto lapide, Bonum-Donum Carmelitis ſolitudo.* p. 138.
CAP. XXVII. *Rhedonis caput Obſeruantiæ, & origo Reformationis.* p. 148.
CAP. XXVIII. *Conuentus Sancti Ioſephi, Obſeruantiæ primogenitus.* p. 248.
CAP. XXIX. *In littore Guildonenſi, Maria Boni-portus.* p. 158.
CAP. XXX. *Quintinini, Virgo Boni-Nuncij.* p. 161.
CAP. XXXI. *Sacrarium Sanctæ Annæ, Miraculum.* p. 164.
CAP. XXXII. *Conuentus Sancti Ioachimi Ioſſelinenſis.* p. 177.
CAP. XXXIII. *Miraculum SS. Sacramenti Pariſienſis.* p. 181.
CAP. XXXIV. *Reginæ Oratoriũ Fonbellaquenſe, votũ pro pace.* p. 195.
CAP. XXXV. *Flexienſe Muſæum, dein Virginis Sacellum.* p. 197.
CAP. XXXVI. *Virgo Flocellerienſis Lauretana.* p. 199.
CAP. XXXVII. *Appendix de Sanctimonialium Ordinis Carmelitici, in Armoricâ Monaſterijs.* p. 208.
CAP. XXXVIII. *Conuentus nouelli duo, prioribus additi.* p. 213.

Digitized by Google

# FELIX MEMORIA
# FRATRVM ORDINIS
## B. VIRGINIS MARIÆ
## DE MONTE CARMELI,
Prouinciæ Turonenſis;

*QVI AB INSTITVTA REFORmatione Rhedonenſi deceſſere.*

# MENOLOGII
## CENTVRIA PRIMA.

*Memoria Iuſti cum laudibus.*

PROVERB. 10.

✠

Digitized by Google

Digitized by Google

# MENOLOGII CARMELITICI PROVINCIÆ TVRONENSIS, SIMVLQVE RHEDONENSIS OBSERVANTIÆ. CENTVRIA PRIMA.

## DECAS PRIMA.

PRIMVS hîc inſeratur Iuuenis, qui primus fuit ereptus; cui ſenectus vita fuit immaculata, nec annorum numero computanda. Poſt enatam in Carmelo Rhedonenſi vitæ cœleſtis & Carmeliticæ reſtaurationem, ad vbera Patronæ Virginis allectus fuit. Deuotione ſingularis extitit, obedientiâ excellens, ſimplicitate mirus. Vt faciliùs Philoſophicos anfractus perueſtigaret, ad vnamquamque difficultatem aliquando ſexagies, quandóque centies, & ducenties ſuaue nomen Ie-

*Fr. Dioniſius à S. Michaële.*



Digitized by Google

ſu pronunciabat. A Laico Fratre illiterato, præcepta Religioſa ſtudioſus inquirebat, diligens annotabat, memor exequebatur. Conſummatus in breui, expleuit tempora multa. Si quidem primis floribus, & ſanctæ Reformationis gemmis innutritus, impinguatus, viginti circiter annorum Iuuenis tranſlatus eſt in Carmelo Rhedonenſi. Cuius felix memoria, apud Fratres in benedictione eſt & odore ſanctitatis.

*P. Ludouicus Perrinus. Guillelmus Champcheuretius.*

DVo mallei Hæreticorum noſtris tẽporibus, non ſecus ac priſtinis fuit vnus Vvaldenſis. Ille apud Iuliodunenſes, hic inter Aurelios. Ille Pictonum Eccleſiaſtes inſignis, Hæreticos cõfutauit, plures ad fidem conuertit. Catholicos verò, Tractus præſertim Iuliodunenſis in fide, ac Religione Romanâ confirmauit; tandem vltima verba ex Suggeſtu concionando decedens protulit, in inſigni Abbatiâ Fontebraldenſi: ſub ipſâ Concionatoris cathedrâ, honorificè ſepultus.

Alter propter inſuperabilem Euangeliſandi conſtantiam, ſæpiùs in vitæ & mortis periculo vixit, ab fidei aduerſarijs armis expetitus: & tãdem fine tranquillo ſenex quieuit, in Conuentu Aurelianenſi non multò antè reformato.

VIGINTI & ampliùs annis ſancti Sacelli, & miraculoſæ Imaginis B. V. Mariæ in An-

Digitized by Google

degauéſi Conuentu, Cuſtos fuit perdius, & pernox: Patronæ Virginis ædituus aſſiduus, & ſeruus fidelis. Huius in ſilentio, & ſpe ſolitudo mira; cuius in Eccleſiâ modeſtiam, diligétiam, humilitaté, deuotionem & aſſiduitaté vrbs Andium tota laudauit: vitæ ſanctimoniam, modeſtiam, ſobrietatem, mirata eſt: obitũ à peſte vrbé populante luxit, hodiéque luget. *Fr. Natalis à Ieſu, Laicus.*

CORPORE Paralyticus, mentis robore fortis: Poëta inſignis Parthenicen Baptiſtæ Mantuani, muſas Gllicas docuit; ac ſenex obijt, in Carmelo Ploarmelenſi iam Reformato ſepultus. *P. Nicolaus Dadierius.*

HVNC caſtitatis amor inter Virginis alumnos collocauit, rudem & impolitum Deo charum ſemetipſum dedit: benignitatis exemplar, humilitatis & obedientiæ non cõmune (quod vidimus teſtamur) citò raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ipſius, aut ne fictio deciperet animam illius: ſepelitur in Carmelo Dolenſi. *Fr. Natalis à Purificatione, Laicus.*

NEc ſumus immemores ſuæ Religionis amãtiſſimi Ioſephi, qui à tenellâ iuuentute, velut alter S. Albertus B. V. Mariæ alumnus acceptus fuit: & Officij diuini tã deuotus ac diligés obſeruator, vt laborioſus, & aſſiduus ſi quis vnquã in cantu deſcribẽdo, in officio notis regulando, in cæremonijs obſeruandis inſtuduerit. Dilexit certè decorem *P. Ioſephus ab Aſſumptione.*



Digitized by Google

domus Domini, & Lutetiæ Pariſiorum de terreſtri hâc in cœleſtem Eccleſiam tranſmigrauit, vix quadragenarius; cum Angelis æternùm laudes decantaturus in cœlis, cuius dum vixit tam deuotè cecinit in terris.

*Fr. Ioannes à Cruce, Laicus.*

IN iſto quoque Carmelitarum agro, perſeratur Hortulanus; qui in excolendis fruticibus & herbis, obedientiam ac humilitaté in mente ſuâ fidelis inſeruit. Subrideat quiſquis puſillũ, inter illuſtres compoſitum. Illuſtrem credimus, inter beatos pauperes ſpiritu: & obedientiâ victorias loquentem, ac humilitate exaltatum. Fallor, ne ſubrideat: ſed mortem conſimilem exoptet, precor conſequatur. Hic Ioannes vixit pauper, ſeruus humilis: & in apparatu celebri Comitiorum Prouincialium Bonidoni, pacificè quieuit & honorificè ſepultus eſt.

*PP. Bernardus à S. Ioanne. Æmilius à ſancto Guillelmo.*

PARVM hîc commorati eſtis, Chariſſimi; vt patriâ ſic ætate, ſic cognatione & educatione, ſic vocatione conſimiles. Boni Genij, optimæ indolis nati: deuotione ac bonæ voluntatis animo celebres, in veſtrâ vocatione feruentes; æternũ cœlo viuitis, qui parum, ſed bonum hîc nobiſcum conuixiſtis. Obijt ille in Carmelo Aulnenſi, primus è noſtris Viuonæ Prior: iſte, in Pariſienſi.

# DECAS SECVNDA.

POST beatos Iuuenum exitus, ſenis emeriti memores ſimus. Vt flos in vepribus, inter candidos virginis alumnos aſcriptus fuit: & in diebus impietatis, corroborauit pietatē. Melioris diſciplinæ fuit acerrimus æmulator, & ſtrenuus adiutor: nec ſuperauit eum verbum aliquod, cum omni poſt habito metu, Magnatum precibus & minis contemptis; Conuentum Rhedonenſem potentium Secularium longâ & oneroſâ commoratione generoſus defæcauit. Prima Obſeruantiæ ſæpiùs Aureliæ ac Dolis, Rhedonibus tandem per varias tentationes jecit fundamenta; & Officium diuinum ne vltimâ quidem vitæ nocte, recitandum in diem tranſtulit. Annis tandem onuſtus, in Carmelo Rhedonenſi felix: & meritis ſenex ac venerabilis, abijt quò diu tenderat. *R.P. Petrus Bebourtius.*

SENEM ad ſuperos demigrantem, non lōgo poſt interuallo ſequutus eſt Dominicus, natiuj genij Carmelitici ſtrenuus æmulator; qui doctrinâ pietatē exornauit, & pietate doctrinâ viuificauit. Moribus, pietate, eruditione, jndole eximius: vix quadragenarius euolauit cum odore ſanctitatis, *P. Dominicus à S. Alberto.*

Digitized by Google

Prior in Carmelo Nannetenſi. Plura illius vita, & ſcripta prædicabunt.

Exigit interim gratitudo, vt qui ab amiciſſimo Patre, pia ſæpè diſticha accepimus: hoc ſaltem tetraſtichon, Epitaphij loco reponamus. Mentem aſſequetur, quiſquis Virum nouit dum viueret: & in eo florem caſtitatis illibatiſſimum, ardorem diuini amoris ſanè incomparabilem, præcipuos videlicet illius vitæ characteres.

BEATÆ MEMORIÆ V.P. FR. DOMINICI A SANCTO ALBERTO, CARMELITÆ RHEDONENSIS.

F. L. A. M. P.

*Integer hoc tumulo clauſus ſi corpore manſit,*
*Integrum ſeruat virginitatis honos:*
*Si cinis eſt, nil mirum; qui fuit ignis amore*
*Diuino exuſtus, debuit eſſe cinis.*

*P. Renatus à S. Ioanne.*

DOCTVS vix cognitus, æquo ſemper & hilari animo: ſobrius, caſtus fuit & quietus. Cōfeſſarius prudens, aſſiduus, dignus multas animas cœlo lucrefecit; donec Populo contagioſo inſeruiens, ſuam ipſe Rhedonis feliciter Deo redderet.

*P. Raphaël à S. Matthæo.*

VIR eximius, animo opimus, ingenio ſubtilis, ſciētiâ doctus, vocationi ſuæ deuotus: Ordinis

Digitized by Google

Ordinis Chronicon, nulli comparabilem exarabat. Ad quod dum monumenta vbi poterat diligens inquireret, intempeſtiuè Romæ ſublatus eſt.

HIc veriſſimus Carmelita, multa inter Hæreſis, & belli tumultus paſſus incommoda, etiam Aduerſarijs dilectus; relictis quæ illi demãdata fuerant beneficijs, ſtatim vt Fratres ſuos ſtrictiorem Obſeruantiam amplexos vidit; inter illos feſtinus abijt, pius vixit, hilaris è vitâ diceſſit Nannetis, poſt multa virtutum exempla. *P. Iulianus Bellinus.*

FRATRES in ſeculo, Fratres in voto magnũ pietatis ſpecimen dederũt, maius dediſſent: ſed pulmonis tædioſo morbo, & dulci morte hilares deceſſere Iuuenes ambo. Ille Henneb onti, alter Andegauj; quorum tranſitum qui contemplatus eſt, ſimilem concupiuit. *F. Fr. Damaſcenus à S. Policarpo. Pachomius à S. Iuliano.*

ISTI certè ætatis, & ęſtatis ſuæ fructus præcoces: ſed maturos in percolẽdo ſanctæ Reformationis excreſcentis ardore, fideliter præbuerũt; autumnales, & ſperatos cœlum ſibi vendicauit. Obijt ille in Carmelo Dolenſi, iſte in Rhedonenſi; ambo proſapiâ, virtutibus & muneribus notiſſimi. *PP. Dionſius à Reſurrectione, Anaſtaſius à Purificatione.*

EST etiam quod recordemur illius; ipſe quidem in illo ſanctæ Reformationis partu, zelator extitit perfectioris regulamenti. Erat enim *Fr. Natalis Mardeauxiu*



Digitized by Google

animo feruens, & æmulans chariſmata meliora in verbi Dei prædicatione aſſiduus; donec annis & meritis auctus, apud Diuam Annam obdormiuit.

## DECAS TERTIA.

*P. P. Chriſtophorus à S. Ioſepho. Simon à S. Annâ. Hiacinthus à S. Alberto.*

HI certè fideles inuenti inter diſpenſatores, & in Oeconomicâ re verſati. Quot, & quantos labores perpeſſi: quot, & quantis Fratrum neceſſitatibus ſubuenere? Quod fideliter agentes & obeuntes, egerunt & obierunt? O percipite felices, pro charitate veſtrâ erga Fratres temporali, in amore ſempiterno remunerationem æternam.

*P. Auguſtinus à Sanctiſſimo Sacramento. Bartholomæus à S. Bernardo.*

DISCANT infirmi non ſpontè tantùm, ſed hilariter infirmitatũ ſufferre difficultates; ab iſtis, qui paralyſim crudelem patientes, condolentes Fratres ipſi ſolabantur, in infirmitate potentes. Ille moribus pijs, vniuerſa ferè Religioſæ vitæ munia dignè exequutus eſt. Frater Laicus humilis fuit, iuſſu Superiorum Obſeruantiæ, ipſe inuitus Clericus obediens, Sacerdos ſanctus, Superior vigilans ac benignus, Sacriſta deuotus, Concionator pius, Confeſſarius modeſtus; decem & octo annorum paralyſi deficiens, corpore maceratus, animo fortis; ærumnoſam & miſeram quadraginta quinque annorum vitam, pro vitâ æternâ commutauit Andegaui.

Digitized by Google

Hic ab incunabulis Virgini votus, quindecimo adoleſcentiæ anno deuotus inter Virginis alumnos aſcriptus fuit: quadragenarius patientiâ & meritis auctus, vix mortem guſtauit, dum vitam Nannetis mutauit.

VIRI ſanè bonæ voluntatis. Ille in Choro, & procuratorio: hic in cõmunibus Cõuentus officinis. Ille Charitate, & animarum zelo feruens: in carceribus & reis viſitandis, & ad necis patientiâ obfirmandis. Hic in concionibus, ac quæſtuario ſanctæ paupertatis officio obediẽs, diligens, & animoſus. Ambo coætanei, quadragenarij circiter (vt ceteri ferè, quod miramur & dolemus in Obſeruantiâ omnes) ille Rhedonis, iſte Nannetis abierunt in cœlum. *Ambroſius à Sancta Cruce. Zacharaià à S. Hilario.*

NEc vtiquè prætermittẽdus, qui iſtud Regulæ ſi quis alius ſtrictè ſeruauit; *Faciendum eſt vobis ſemper aliquid operis.* Nam emenſo vtroq; orbe, & enauigato toto Oceano appellẽs feliciter ad Rhedonenſem Carmelũ: collectas in Indiâ merces Deo vouit, ſeſe Virgini deuouit. Hunc laborantem Sol oriens inueniebat, relinquebat occidens. Peruigil fuit, & ſuccurrens ad ægrotantium Fratrum incõmoditates, ſtudẽtium Iuuenũ ſolamen, fortis inter operarios; in omnibus, in oratione præſertim & pœnitentiâ Religioſus. Mirum! cum pro laboribus ex- *F. Fr. Simeon à Purificatione, Alexius à Simplicitate, Laici.*

antlatis, ad eruendos pro ædificio lapides pedum ac tibiarum vſu priuaretur neceſſariò: & præter cõſuetudinem ſedens conſuebat, vel fila connectens circumducebat; donec ipſa mors Rhedonis inuenerit occupatum, & in requie laborum præmio collocarit ſexagenarium.

Simeonem in vitâ, moribus, profeſſione, & charitate, quanquam non ætate; proximè Nannetis ſecutus eſt, Alexius à ſimplicitate. *Beati ſerui illi, quos ſic Dominus inuenerit vigilantes.*

*V. Fr. Ioannes à S. Samſone, Laicus.*

VERE profectò veritas ipſa locuta eſt, dum cæcos videre Ioanni iuſſit renũciandum. Hic noſter *Ioannes*, cęcus fuit videns. Qui diſpoſitione Dei inter Senonẽſes nobili familiâ natus, in Armoricam mirabiliter aduectus, inter Fratres Laicos receptus fuit. Organa cromaticè ad extremos vſq; dies tetigit, in omni muſices genere apprimè eruditus. Tantâ doctrinæ, & latinæ locutionis felicitate: tantâ ſacrorum voluminũ, & Theologiæ præſertim myſticæ intelligentiâ: tantâ mentalis orationis aſſiduitate ditatus erat, vt ab eo Doctores ediſcerent, & in diuinis illuminatos doceret.

Mirus homo certè, quem qui vidit miratus eſt: quem qui cognouit (ſi quis cognouit) obſtupuit; ad Deum ſuum, quem iam ab annis triginta ſine intermiſſione cogitauerat, terrenis exutus libenter, & gaudens ſexagenarius in Rhedonenſi Carmelo euolauit.

Digitized by Google

Multa dictauit de vitâ myſticâ ſubtilliſſima, ſublimiſſimaque: & digna profectò quæ laudentur cum veneratione ab vniuerſis, qui prope diem typis mandata legent, & intelligent.

Viro, quem ſine honore nominare nefas eſt: & quem viuum, mortuumque ſemper habuimus in præcipuâ veneratione; deuotiſſimi animi affectus, ſequens Elogium licet extemporaneum, in pluribus alijs dedicauit illius Cultor ſingularis.

DILECTVS DEO ET HOMINIBVS, FR. IOANNES A S. SAMSONE CARMELITA LAICVS.
OBIIT RHEDONIS, POSTRIDIE ID. SEPTEMB. AN. M. DC. XXXVI.

F. L. M. ET A. P.

Θ

*Solus inter Mortales, moriendo nouum nihil:*
*Viuendo inter immortales, pauca expertus;*
*Deuixit ſeculo, cui nunquam vixit:*
*Deoque ſuo iunctus, à quo nunquam ſeiunctus.*
*Sepulcri tenebris bimâ cæcitate aſſuetus,*
*Verum Solem puriſſima mentis acie ſemper intuitus eſt:*
*Et ſpiritali in terrâ lumine, quomodo alius ne-*

*mo, deſuper illuſtratus;*

*Deum ſuum videre, amare, amplecti, iamque toto frui.*

PERSEVERAT.

*Siſte paulùm viator, & hoc vnum aduorte;*
*Cæcus videt, mortuus viuit,*
*Pauper euangeliſat:*
*Ignarus, indoctus*
*Facienda ſcribit, ſcribenda facit,*
*Beatus ſi audis, credis;*
*Et ſine inuidiâ,*
*Meliorum chariſmatum æmulator*
*Imitaris.*

## DECAS QVARTA.

*P. Cirillus à Sancto Franciſc.*

SVCCENSVS igne cœleſti, ſuaue Chriſti iugum adoleſcentiâ ſuſcepiſti: & in familiâ B. M. Virginis Carmeliticâ, Chriſto ſe ſe in famulatũ dedicauit. Initium ſapientiæ timorem Domini ſemper in mente habens, ab eius iudicijs eo vſque timuit; vt ſæpiùs in ore, ſemper in corde illud haberet; *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine.* Et hoc prædeſtinationis indicium, cum timore Domi-

ni cor habere; ideò illi benè fuit in extremis, & in die ſuæ defunctionis benedictus eſt: dum adhuc Iuuenis carne ſolutus, ſpiritū exceſſu placido tranſmiſit in Conuentu Rhedonenſi.

CONFESSARIVS prudens, aſſiduus, & modeſtus: ab improuiſâ morte liberatus fuit, haud tamē à ſubitaneâ. Nam in cubiculo benè valens & quietus, dum librum de arte benè moriendi perlegeret; ſubitò vocatus, & raptus ad meliorem vitam properauit in Carmelo Ploarmenſi. *P. Mauritius à Sancto Michaële.*

IN corpore debili, firmum & fortem animum geſſit: ac zelo zelatus pro cōſeruatione & augmento ſuæ Religionis & Obſeruantiæ, in Priorem apud Dolenſes electus fuit. Vbi poſtquam religioſè Conuentum rexit, in fine ſui trienni j morbo correptus: vocato omni Religioſorum ſuorum pio Cœtu, diuinæ gratiæ Euchariſtica munera ſibi conferri petijt. Quibus omni deuotione perceptis, cœlo quo tendebat defixus: inter Fratrum ſuſpiria, preceſque; deſertâ mortalitatis ſtatione, ad immortalis vitæ patriam ſpiritum direxit. *P. Simphorianus à Sancto Ioanne.*

MEMORIA tui Hjacinte, in ore noſtro quaſi mel indulcatur. Qui quidem non ſine miraculo, à Deo directus in Carmelum; non ab hominibus, ſed à Patre luminum ſcientiam *P. Hiacintus à Sancto Laurentio.*

Digitized by Google

*mo, deſuper illuſtratus;*
*Deum ſuum videre, amare, amplecti, iamque toto frui.*

PERSEVERAT.

*Siſte paulùm viator, & hoc vnum aduorte;*
*Cæcus videt, mortuus viuit,*
*Pauper euangeliſat:*
*Ignarus, indoctus*
*Facienda ſcribit, ſcribenda facit,*
*Beatus ſi audis, credis;*
*Et ſine inuidiâ,*
*Meliorum chariſmatum æmulator*
*Imitaris.*

## DECAS QVARTA.

*P. Cirillus à Sancto Franciſc.*

SVCCENSVS igne cœleſti, ſuaue Chriſti iugum adoleſentiâ ſuſcepiſti: & in familiâ B. M. Virginis Carmeliticâ, Chriſto ſe ſe in famulatũ dedicauit. Initium ſapientiæ timorem Domini ſemper in mente habens, ab eius iudicijs eo vſque timuit; vt ſæpiùs in ore, ſemper in corde illud haberet; *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine.* Et hoc prædeſtinationis indicium, cum timore Domi-

Digitized by Google

ni cor habere; ideò illi benè fuit in extremis, & in die ſuæ defunctionis benedictus eſt: dum adhuc Iuuenis carne ſolutus, ſpiritũ exceſſu placido tranſmiſit in Conuentu Rhedonenſi.

CONFESSARIVS prudens, aſſiduus, & modeſtus: ab improuisâ morte liberatus fuit, haud tamẽ à ſubitaneâ. Nam in cubiculo benè valens & quietus, dum librum de arte benè moriendi perlegeret; ſubitò vocatus, & raptus ad meliorem vitam properauit in Carmelo Ploarmenſi. *P. Mauritius à Sancto Michaële.*

IN corpore debili, firmum & fortem animum geſſit: ac zelo zelatus pro cõſeruatione & augmento ſuæ Religionis & Obſeruantiæ, in Priorem apud Dolenſes electus fuit. Vbi poſtquam religioſè Conuentum rexit, in fine ſui triennij morbo correptus: vocato omni Religioſorum ſuorum pio Cœtu, diuinæ gratiæ Euchariſtica munera ſibi conferri petijt. Quibus omni deuotione perceptis, cœlo quo tendebat defixus: inter Fratrum ſuſpiria, proceſque; deſertà mortalitatis ſtatione, ad immortalis vitæ patriam ſpiritum direxit. *P. Simphorianus à Sancto Laune.*

MEMORIA tui Hjacinte, in ore noſtro quaſi mel indulcatur. Qui quidem non ſine miraculo, à Deo directus in Carmelum; non ab hominibus, ſed à Patre luminum ſcientiam *P. Hiacintus à Sancto Laurentio.*

Sanctorum didiciſti. Ab illo enim fonte hauſeras quæ de adorando Euchariſtiæ Sacramento, & de B. V. Mariâ ſublimia, & excelſa: ſimpliciter, ac vix aduertens ſincerè diſſerebas. Nec mirum, nam cor tuum affixum ſemper erat in adorando viuifico Sacramento: & in cultu caſtiſſimæ, & chariſſimæ Virginis, cuius in cellâ tuâ ſæpiùs amoroſo mulcebaris alloquio; & hinc tam religioſa & ſancta nobiſcum conſeruatio, ſed heu! breuis. Nam vix per decennium in ſanctâ Religione commoratus, in breui conſummatus expleſti tempora multa: & placens Deo factus ac dilectus, Epidimiæ morbo, ſed felici tranſitu cui terra contagioſa lues, ad celeſtem habitationem directus es Andegaui.

*Fr. Hubertus à Sancto Ioſepho Laicus.*

IN vernanti iuuentutis flore poſtpoſitâ ſeculi pompâ, delicijs, honore; de ineundâ ſalutis æternæ viâ, ſeriam cogitationē ſuſcepit: & vt Chriſti veſtigia ſequeretur, nobilitate ſpretâ generis, humilem Fratrum Laicorum habitum, ſtatumque induit. Poſt in magnâ humilitate, ac ſeruitute vitâ traductâ; bonorum fruge ditatus, ad æternæ ſalutis tramitem feliciter Rhedonis properauit.

*P. Clemens à Sancto Corentino.*

VIRVM à natalitijs amabilem, & decorum: in obſeruantiâ religioſâ fidelem, & deuotum: in conuerſatione benignum, ac pium; cœlum ſibi vendicauit, & in terris diutiùs victitare non eſt paſſum.

Digitized by Google

VERI Iſraelitæ, in quorum ore & operibus non eſt inuentus dolus. In humilitate ſincerâ, in charitate non fictâ, in verbo veritatis vitam egerunt; quam ætate confecti finientes poſt multos labores pro Chriſto exantlatos, ruptis corporeis vinculis in Domino, cui fideliter ſeruierant, feliciter obdormierunt.

*P P. Guillelmus Iauellius, Hieronimus Peletanus, Claudius Caſtellus, Ioannes Paludanus.*

# DECAS QVINTA.

A Pueritiâ diuino amore, & ad B. V. Mariam deuotione incenſus, mundi fugiens illicita; ſegregatæ vitæ Carmeliticæ inſtitutum auidiſſimè arripuit, & ſanctè coluit; donec pulmonis diutino morbo paulatim deficiens, ſpe firmus, longanimitate fortis, nihil in hoc ſeculo conſolationis deſiderans: ſed Chriſtum ſolum quærens & cupiens, placido fine conſummatus eſt.

*P. Damianus à S. Ludouico.*

IN iſtis quoque humiliationem profitentibus, vera humilitas apparuit: dum ad iuſſum opus quodcumque parati ſemper haberentur. Ille in quæſtuario paupertatis officio ruri morte correptus, æternæ vitæ mercedem adeptus eſt: hic in Conuentu quietus, reſignatus, & ad requiem morbo pulſatus feliciſſimè quieuit.

*FF. Gerardus à S. Petro, Didacus à S. Iuliano, Laici.*



Digitized by Google

*P. Innocentius à monte Olineti.*

VIx tjrocinio ſanctæ Religionis expleto, infirmitate graui per aliquot annos exercitus; patientiæ, humilitatis, & modeſtiæ exemplum inſigne Fratribus exhibuit: & Deo patientiam eius quam coronaret exercente, hanc tribulationem pro Chriſti amore tolerauit æquanimiter; donec toto corpore extenuatus, animo fortis ſpolia mortis exuens, lætus pertexit ad Dominum.

*P. Auguſtinus à Ieſu.*

PVER in ſeculo annorum ſex, aut ſeptem, geſtu & animo ſemper erat intentus aut circa Eccleſias, aut circa Monaſteria; meditabatur enim in ætate tenerâ, quod in adoleſcentiâ perfecit. In quâ ſancto ſumpto habitu, perfecto ſui holocauſto ſeipſum Deo litauit; adeò vt eius principia, magnam in futuro promitterent expectationem. Verùm in ipſo ætatis flore, præcisâ telâ mortalis excurſus; pio Chriſti amore feruens, & profusâ in ſanctam Deiparam clarus deuotione, obitu felici ſpiritum emiſit.

*P P. Seraphin. à S. Roberto. Henricus à S. Blaſio.*

VESTRI recordamur, animæ felices; quibus datum eſt in ipſo certaminis procinctu, palmam conſequi. Ab ipſo adoleſcentiæ flore, à ludicris & omni voluptatum lenocinio animum auocati, diuinis vos obſequijs conſecraſtis. Quibus non diù, ſed feliciter laborantes: in ipsâ iuuentute, ad meliorem vitam felici tranſitu cucuriſtis. Aſt cū

Digitized by Google

veſtri recordamur, anima noſtra liquefacta eſt. Tãtos enim, & tam feruentes actus contritionis, feruoris & amoris in exitu veſtro protuliſtis; vt non vitam finire, ſed inchoare videremini. O viuite, fefelices, in conſpectu Domini, & memorum veſtri memores eſtote!

HI miſericordiam à ſanctâ Religione conſecuti, cuius & teſſeram ſuſcipientes Dei obſequijs ſe ſe manciparunt. Dein humilitate, & piæ conuerſationis dotibus conſpicui, felici tandem commigratione quieuerunt. *F. Fr. Arſennius à S. Criſpino, Mauritius à S. Andreâ, Gervaſius à B. Virgine, Laici.*

# DECAS SEXTA.

VIX Ephœbus Carmelum Rhedonenſem (vt erat ipſe ingenuus Rhedonenſis) creber inuiſitans: Fratrum colloquijs, & morum ſanctitate conſpectâ ſic eſt liquefactus; vt ſeculi ſpretis amore ac delicijs, diſciplinæ Monaſticæ indumentum aſſumpſerit. At mox quos admiratus, imitatum venerat: his amandus, & imitatione obſeruandus præluxit. Erat enim ingenij ad pietatem impenſi, ad ſcientias docilis: ſed in ipſo flore, felici egreſſu auocatus eſt. *P. Philippus à S. Franciſco.*

ISTOS non primo manè, ſed circa horam ſextam direxit in vineam ſuam dius Agricola. *P. P. Marcus à tribus Marijs,*



Digitized by Google

*Raimundus à S. Proſpero.* Qui quidem ſeculi habilitate cognitâ, & contemptâ, B.V. Mariæ habitu ſuſcepto, dominicæ ſeruitutis tjrocinium inierunt: & in vineâ Domini laborantes pondus diei & æſtus exterioribus laboribus applicati, ſæpiùs portauerunt. In ſuſcipiendis tamen fidelium confeſſionibus, ſingularem adhibentes diligentiam: humilitate ſincerâ ſublimes, morum innocentiâ ſingulares; curſum huius peregrinationis, feliciter expleuerunt.

*P. Adamus à S. Auguſtino.* AB ætatis flore primæuo, Religioſam vitam amplexatus eſt ſub Regulâ *S.* Auguſtini, ex Congregatione Charitatis B. Mariæ; vbi per annos quadraginta, vitæ & morum decore enituit. Donec Billetarum Conuentu ad Carmelitas de Obſeruantiâ Rhedonenſi tranſlato, ipſe non defecit: ſed Nouitius in Carmelo peracto, renouari viſa eſt vt aquilæ Iuuentus eius. In probatione ſi quidem natus annos quinquaginta, nullis quidem humilitatis officijs, nulli Nouitiorum fœnori defuiſſe viſus eſt. Et anno poſt, centenariâ bonorum operum meſſe collectâ, emenſo mortalitatis ſtudio ad beatam piâ morte tranſiliit.

*P. Ioannes Rouſſellus.* HIc à pueritiâ Schema Monaſticum induit, & in tantum profecit; vt manſuetudine & affabilitate prælucens, in Monaſterio præficeretur. In quo honore & onere, aſſiduis monitis & exemplis gregem ſibi ſubditum inſtruxit,

Digitized by Google

multóſque à vitijs anniſu felici reuocauit. Donec poſt acceptam in ſuo Conuentu Bonidoni, ex Obſeruantiâ Rhedonenſi Reformationem, dignitate ſuâ ſpontè ſe abdicauit. Reliquum autem vitæ, perfectum exemplar exhibuit Obedientiæ & Charitatis; quo vſque beata eius anima ſoluto corpore, Chriſto iungenda receſſit Bonidoni.

PRIMVS Supprior ad Conuentum Rhedonenſem, in ipſo partu tam celebris & ſanctæ Reformationis, miſſus fuit à grauiſſimo Patre Ordinis felicis memoriæ, Henrico Sjluio, Nannetis in Britanniâ Galliarum tunc exiſtente. Vbi reuera, feruenti animo ad exrremos vſque dies collaborauit; donec annis & meritis diues, ad Regis gloriæ deſideratiſſimum conuiuium, exceſſu tranquillo profectus eſt.

*P. Guillelmus Guerchius.*

HOs obedientia fortes, humilitas conſpicuos, ſancta ſeruitus claros effecit; qui vt Chriſto viuerent, mundo renunciantes palæſtram Religioſæ conuerſionis fideliter emenſi, curſum huius peregrinationis feliciùs explerunt.

*F. Fr. Ioſeph à Sancto Ioanne Coſmas à Sancto Philippo, Stephanus à Sancta Tr[i]nitate, Adrianus à Sancto Chriſogono, Laici.*



Digitized by Google

# DECAS SEPTIMA.

*P. P. Elizæus à Sancto Ioanne, Benedictus à Ieſu, Vrbanus à Sancto Iacobo, Ægidius à Sancto Franciſco, Euſtachius à Præſentatione, Florentius à Sancto Petro, Ludouicus à Sancta Cecilia Georgius à Sancto Matthæo, Lazarus à Sancta Magdalen.*

ISTI calcatis huius vitæ delicijs vt Chriſto ſeruirent, & immaculatæ vitæ tramitem ordirentur; vnà cum habitu Monaſtico Carmeliticam vitam, & Dominum Ieſum Chriſtum induerunt. Ad ſacræ Profeſſionis Regulam, vitam totam componentes; ipſis vnus, idemque Spiritus ſanctus multiplicis gratiæ ſuæ dona largitus eſt. Quibus dum feruentes ad gloriam datoris vterentur, multiplicia talenti fænora pro ſuo quiſque captu diligenter auxerunt: & per viam mandatorum feliciter, vſque ad conſummationem cucurrerunt.

# DECAS OCTAVA.

*P. P. Zacharias à Sancto Renato, Maximus à Reſurrectione, Claudius à Sancto Petro, Romualdus à Conceptione.*

SVCCENTVRIANDI modò viri in conuerſatione ſuâ amabiles, & in vitâ ſuâ innocentes. Qui per varios mundi, ſuique contemptus eodem fermè morbo, loco tamen & tempore diuerſis conſumpti; ad æternam vitam aditum ſibi magnis virtutum meritis paruerunt, vultu & animo alacri intrauerunt.

Digitized by Google

HORVM primus multa in ſeculo & Clauſtro expertus, ſenectutem inter pietatis exercitia lętus conſummauit. Alij duo, iam ſcientijs & virtutibus maturi, reliquerunt tantum ſui deſiderium, quantum de ſe Eccleſiæ & Religioni promittebant emolumentum. Tres vltimi inter prima votorum, vel ſtudiorum initia flores velut verni decuſſi ſunt.

*PP. Michaël Seneſcallus, Anſelmus à Natiuitate Virg. Caudius à Sancto Bernardo, Proſperus à S. Thereſia, Simplicianus à Sancto Spiritu, Stephanus à Matre Dei.*

## DECAS NONA.

AGMEN humilitatis ducent hi Laici nouem, indolis optimæ, laboris aſſidui, virtutis expertæ. Qui negotia domus Dei ſatagentes partim iuuenes, partim iam viri; ſuæ vocationis brauium, manu robuſtâ pręhenderunt.

*F. Fr. Bertoldus à Paſſione, Simplician. à S. Vincentio, Maurus à Sanctâ Thereſiâ, Magnobodus à S. Eliſa. Ioan. à S. Elierio. Andræas à S. Petro. Lucas à Sancto Iacobo. Euſtachius à S. Ioſeph, Hilario à S. Elierio, Laici.*

CLAVDAT verò felici omine, nuper excedens Ioſephus; qui multa in ſeculo, plurima in Clauſtro politæ eruditionis, nec non virtutis elimatæ ſpecimima dederat; cum vix in dimidio dierum velut à texente præciſa eſt iuuenis Sacerdotis vita, & tandem diuturni morbi langore finita. Meretur certè Poëta inſignis, vt hoc illi Epitaphium inſcribamus.

*P. Ioſephus à S. Ægidio.*

Digitized by Google

*Vertice collectam triplici tibi necto coronam,*
*Quæ cingat tumulum, chare Ioſephe tuum.*
*Prima eſt Parnaſſi decerpta cacumine montis,*
*Altera Carmelo, tertia lecta polo.*

# DECAS DECIMA.

*P. P. Ioannes à S. Bernardo, Iullianus Touraillius, Ioãnes Andreas Petrus à Sancto Hugone, Iulian. à Sancto Ioanne, Dioniſius à S. Michaële, Sebaſtian. à Sancta Anna, Eligius à Sancto Anthon. Mauritius à S. Nicolao. Ægidius à Sancto Saluatore.*

SACRIS denique dipticis addendi decem-viri, quorum nomina diuerſa & merita hanc primam claudent Centuriam. Sicut enim ſtella differt à ſtellâ, ſic erit & reſurrectio mortuorum. Nec vllus profectò ſuperſtes inuidebit, quod Fratrum cœlo redditorum, piâ & ſalubri memoriâ recordemur: nec ſubaſpernabitur, quod multorum nomina & merita ſiluerimus. Satis reuerà ſit, quod illi nobis ad imitandum proponantur: horum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ; omnes cuſtoditi apud Dominum Deum, in faſciculo viuentium.

*Sancta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis.* 2. Machab. 12.

FELIX

# FELIX MEMORIA
# FRATRVM ORDINIS
## B. VIRGINIS MARIÆ
## DE MONTE CARMELI,
Prouinciæ Turonenſis;

*QVI AB INSTITVTA REFORmatione Rhedonenſi, cum odore virtutum deceſſere.*

# MENOLOGII
## CENTVRIA II.

*Lauda poſt mortem; Magnifica poſt conſummationem.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# MENOLOGII CARMELITICI PROVINCIÆ TVRONENSIS, SIMVLQVE RHEDONENSIS OBSERVANTIÆ.

## CENTVRIA SECVNDA.

## DECAS PRIMA.

INITIO ſeculi præſentis diuinitùs in reformationem gentis ſuæ directus fuit, & in firmamentum populi ſui. *R.P. Philippus Theobaldus.* Illi ſiquidem vniuerſa Turonenſis primùm, dein cæteræ, tum in Galliâ, tum in Belgio Prouinciæ reſtaurationem ſe debere profitentur. Quibus vt totum ſe-ſe impenderet, detrectatis maioribus infulis, naturæ & gratiæ dotes effudit quas habuit

maximas. Erat enim vultu Seraphico, inceſſu grauis, ore facundus, firmus fide, ſpe erectus, ſed & in omnibus, gemina refertus charitate.

Prima in Deum tam feruenti, vt poſt diurnas curas & multiplices labores, ſæpiùs in oratione Dei pernoctaret; corpus ſuum ſeueriori diſciplinâ caſtigare, nec extra Conuentum, dum fuerunt vires, deſiſtebat. In ſacro-ſanctæ Miſſæ ſacrificio, liquefacta anima: aliàs ſæpiùs, at in die Paraſceues non ſemel officium ad altare faciens, tantam lacrimarum vim profudit; vt quæ madidabat ſudariolis Diaconis miniſtrantibus, vix potuerit temperare.

Incenſus & ſecundâ charitate patientibus ſuccurere, infirmis compati vix ceſſauit. Cum obuio quoque Fratre etiam reluctanti meliorem ſi quam habebat veſtem, aut Breuiarium pro peiori commutabat. Superior hjemis tempore Fratres de nocte viſitans, ſi quem minus opertum inueniſſet, ſe ſemet priuans proprio clam fouebat lectiſternio.

Animarum zelo feruens reuerendus erat aſpectu venerandus benignitate; autoritatis cenſuram, humilitatis manſuetudine temperans. Blandus iuuenibus, grauis maturis, doctus peritis, ſubmiſſus exiſtebat ſimplicibus. In rerum adminiſtratione parcus cum debuit, liberalis vbi decuit, diffuſus cum opportuit; ſic placere ſciens hominibus, vt Deo quem primum intendebat neutiquam diſpliceret.

Digitized by Google

Fortis erat ad prædicandum, terribilis ad arguendum, conſtans ad ſuſtinendum. Pluia in Ordinis regimine, Conuentuum nouorum ædificatione, veterum reſtauratione; Domini credito multiplicis gratiæ augendo talento fidelis negotiator operatus eſt, potens opere & ſermone.

Pauca à nobis nemo conqueratur, licet iuſtè; quando non vitas, & geſta conquirimus: ſed ſolam, & ſimplicem præmiſſorum Fratrum memoriam retinere contendimus.

Pater tandem venerabilis poſt feruores exhauſtos, cœlo maturus, multâ meſſe collectâ vtriuſque ſexus ſobole, auctâ Religione, manipulis animarum pluribus in Domini horreum tranſmiſſis: officio Prouincialis, per ſeptennium alterno tempore perfunctus ab Optimatibus ſimul & plebe Armorica diu honoratus, fœtam retrò meritis animam Deo redidit; vtinam & apud nos, Patris vltima & cineres remaneant! Obiit anno ætatis climacterico, ſalutis M. D. C. XXXVII.

CIRCA vigeſimum ætatis annum, mundi vanitatum non ignarus, vitæ regularis inſtitutum amplexatus eſt Pariſijs: & paulo poſt à Deo directus ad noſtram Prouinciam, in Obſeruantiâ Rhedonenſi non mediocriter inſudauit tum opere, tum ſermone. In externis enim negotijs diligens ſemper fuit in acquirendo, obediens in *P. Michaël ab Aue Maria.*



Digitized by Google

maximas. Erat enim vultu Seraphico, inceſſu grauis, ore facundus, firmus fide, ſpe erectus, ſed & in omnibus, gemina refertus charitate.

Prima in Deum tam feruenti, vt poſt diurnas curas & multiplices labores, ſæpiùs in oratione Dei pernoctaret; corpus ſuum ſeueriori diſciplinâ caſtigare, nec extra Conuentum, dum fuerunt vires, deſiſtebat. In ſacro-ſanctæ Miſſæ ſacrificio, liquefacta anima: aliàs ſæpiùs, at in die Paraſceues non ſemel officium ad altare faciens, tantam lacrimarum vim profudit; vt quæ madidabat ſudariolis Diaconis miniſtrantibus, vix potuerit temperare.

Incenſus & ſecundâ charitate patientibus ſuccurere, infirmis compati vix ceſſauit. Cum obuio quoque Fratre etiam reluctanti meliorem ſi quam habebat veſtem, aut Breuiarium pro peiori commutabat. Superior hjemis tempore Fratres de nocte viſitans, ſi quem minus opertum inueniſſet, ſe ſemet priuans proprio clam fouebat lectiſternio.

Animarum zelo feruens reuerendus erat aſpectu venerandus benignitate; autoritatis cenſuram, humilitatis manſuetudine temperans. Blandus iuuenibus, grauis maturis, doctus peritis, ſubmiſſus exiſtebat ſimplicibus. In rerum adminiſtratione parcus cum debuit, liberalis vbi decuit, diffuſus cum opportuit; ſic placere ſciens hominibus, vt Deo quem primum intendebat neutiquam diſpliceret.

Digitized by Google

Fortis erat ad prædicandum, terribilis ad arguendum, conſtans ad ſuſtinendum. Pluia in Ordinis regimine, Conuentuum nouorum ædificatione, veterum reſtauratione; Domini credito multiplicis gratiæ augendo talento fidelis negotiator operatus eſt, potens opere & ſermone.

Pauca à nobis nemo conqueratur, licet iuſtè; quando non vitas, & geſta conquirimus: ſed ſolam, & ſimplicem præmiſſorum Fratrum memoriam retinere contendimus.

Pater tandem venerabilis poſt feruores exhauſtos, cœlo maturus, multâ meſſe collectâ vtriuſque ſexus ſobole, auctâ Religione, manipulis animarum pluribus in Domini horreum tranſmiſſis: officio Prouincialis, per ſeptennium alterno tempore perfunctus ab Optimatibus ſimul & plebe Armorica diu honoratus, fœtam retrò meritis animam Deo redidit; vtinam & apud nos, Patris vltima & cineres remaneant! Obiit anno ætatis climacterico, ſalutis M. D. C. XXXVII.

CIRCA vigeſimum ætatis annum, mundi vanitatum non ignarus, vitæ regularis inſtitutum amplexatus eſt Pariſijs: & paulo poſt à Deo directus ad noſtram Prouinciam, in Obſeruantiâ Rhedonenſi non mediocriter inſudauit tum opere, tum ſermone. In externis enim negotijs diligens ſemper fuit in acquirendo, obediens in

*P. Michaël ab Ane Maria.*



Digitized by Google

agendo, vtilis in conferendo.

In Charitate ad proximum magno concionandi, hortandi, viſendi labore extitit; nec ſine celeſti diſpenſatione Populum ſanctis moribus inſtituens, à prauis vitiorum corruptelis anniſu felici reuocabat. Procerus erat ſtaturâ, manſuetus corde, eloquio affabilis, prudentiâ ſingularis: amabilis conuerſatione, pietate inſignis. Vir bonus in Religionis cultu conſeneſcens, & ipſe ſtans qui otiari neſciuerat: appoplexiâ correptûs Rupellæ expirauit & ad celeſtem laborum remunerationem breui ac felici tranſitu profectus eſt.

*P. Stephanus à Seraphinis.*

IAM à pueritiâ Stephanus noſter in ſortem Domini cooptatus, quin & fermè de vtero matris ſegregatus in Euangelium Dei. Prima ætatis tempora ſic pietatis ac litterarum ſtudijs impendebat, vt qui religioſis officijs neutiquam deeſſet. Imbibebat enim quod poſteà concionibus aſſiduis, cum abundanti fructu feliciter eructauit. Nam, ecceà primâ Iuuentute vſque ad vitæ tranſitum, Populos vndequaquè per vicos & oppida diſperſos, prædicationibus continuis ad lucē veritatis, ad Dei gratiam, ad ſalutis viam, ad animæ vitam, ad cœli gloriam; importunè, opportunè vocat, incitat, vrget, arguit; quà voce, quà opere inſtanter rogat, & pio zelo compellit. Vnde & præcipuo cultu, ab omnibus circumquaque habetur? quem non

aliter quam virum reuerà Apoſtolicum, circumfuſa plebs per agros, oppida, itinera numeroſè conſequebatur.

Quod onus Euangelij & aſſiduitate, & conſtantiâ tam inpretermiſsè ſic operatus eſt; vt væ ſibi, ſi non euangeliſaret arbitraretur. Hinc tandem ad Ambiliates circa Biducios ipſe in ſtatione Quadrageſimali dilectus Eccleſiaſtes; inter Ciuium lacrjmas & ſuſpiria, ad Deum ſolum reſpirans, & aſpirans expirauit. Cuius exuuias & ipſi Ciues in Eccleſiâ potiori, fruſtrà renitentibus noſtris, ex vicinis Conuentibus aduentatis poſſidere gratulantur. Elogium tamen noſtri appoſuere.

*Simplicitate Innocens,*
*Profeſſione Monachus,*
*Obedientiâ Religioſus,*
*Puritate Virgineus,*
*Eruditione Theodidactus,*
*Solitudine & oratione Eremita.*
*Patientiâ & aſſiduitate Confeſſor.*
*Vitâ Apoſtolus,*
*Dei & proximi amore Seraphinus,*
*Re & nomine Stephanus,*
*Martyr verbo Dei immoriens;*
*Pauper etiam in alieno*
*Sepelitur;*

Digitized by Google

*Dilectus Deo, hominibus, Carmelitis,*
*P. Fr. Stephanus à Seraphinis.*

✠

*P P. Helias ab Aſcenſione, Alexander à S. Florentino. Nicolaus ab Incarnatione.*

HOS ſimul coniungimus, qui non inæquales eodem fermè tempore inter alumnos Virginis Deiparæ aſcribi meruerunt. Nec fruſtrà, ſi quidem per viam mandatorum, dum hîc vitam agerent, fideliter cucurrerunt. Erant enim mente candidi, linguâ ſinceri: nihil in eis fictum, nihil ſimulatum, nihil viſum eſt duplex. Ordinem & ſtatum ſuum intimè dilexerunt; donec ſtadio benè decurſo oculos carnis in mortem claudentes, animas æternæ lucis cupidas ad Chriſti deſideratum conſpectum tranſmiſerunt.

*P P. Nicolaus Saunerius, Iacobus à S. Tereſia.*

SORTITVS vterque ab ineunte ætate animam bonam. A cuius natiuâ indole nunquam deflectentes, officia regularia pacificè, deuotè, fideliter exequebantur; humilitatis, modeſtiæ & vitæ innocentis exemplo emicantes. Inſignis viſa eſt in eis, præceptorum obſeruantia; in Deum Religio, in Religionem amor, in Superiores reuerentia, in Fratres obſeruantia. Donec limitem piæ conuerſationis attingentes, mites & placidi ad meliorem vitam felici tranſitu properarunt.

O Quàm

Digitized by Google

O quàm bonus, & ſuauis eſt, Domine, Spiritus tuus in omnibus! Ideóque eos qui exerrant corripis, & de quibus peccant admones: quàm magna miſericordia, & propitiatio tua conuertentibus ad te.

Eadmudus è Cœnomanis in ipſo ætatis flore vernanti, cœpit ardere deſiderio rerū celeſtium, obſectamenta ſeculi reſpuere, & ſoli Deo velle viuere; in quo per aliquot annos exercitus, hæret medio in curſu de ſuâ profeſſione dubius. Cum ecce pulmonis lento, ſed efficaciter minaci morbo feliciter correptus; non inueniens vbi de ſalute propriâ ſecurus requieſceret, ad arcam reuerſus eſt. Vbi per reliquum vitæ morientis tanta contritionis, reſignationis & feruoris edidit ſpecimina; vt omnibus admirationi ſimul, & compaſſioni haberetur. Veréque de illo dictum ſit; *P. Eadmudus à S. Heliâ.*

*Si non erraſſet, fecerat ille minus.*

Increſcente morbo, Sacramentis Eccleſiæ munitus hominem exuens, tranquillo deceſſit exitu.

OMNES morimur, & quaſi aquæ delabimur in terram, quæ non reuertuntur. Illi Iuuenes poſt ſcientiarum per ſtudia cognitionem, poſt Sacerdotium per virtutes adeptum; in ipſo flore virilis ætatis, in dimidio (fallor) in fine dierum ſuorum, annos æternos in mente habentes erepti ſunt. Ille communi, hic in graui & inſolenti morbo *P P. Raphael à S. Heliâ, Damianus à S. Petro.*



Digitized by Google

exemptus, magnam ſui ſpem abſcidit, deſiderium reliquit.

## DECAS SECVNDA.

*P P. Blaſius à S. Petro, Iacobus à Sancta Martha, Philippus à S.*

IN iſtis momentaneum & leue tribulationis, æternum gloriæ pondus operabatur; cum in ipſo virilis ætatis robore, inopinâ peſtis contagione ſimul correpti, & beato fine conſummati vniuerſæ carnis tramitem ingreſſi ſunt Quintini Biduciorum. Cùm à iuuentute iugum Chriſti ſuaue, ſub auſpicijs virgineæ Matris diuerſis in locis religioſè portaſſent.

*Fr. Franciſcus ab omnibus Sanctis Laicus.*

AN ego tui non ſim memor, Franciſce, qui Dei nunquam immemor fuiſti? Propter quem abdicatâ tui dominatione, humilem diſciplinæ Regularis induiſti teſſeram: nec in vanum. nam imaginis Andegauæ, & Sacelli virginei Cuſtos poſitus, curam hanc modeſtus & peruigil, ad finem vſque vitæ tuæ fideliter executus es. Ineras enim mente tranquillus, corde benignus, eloquio dulcis, humilitate ſublimis, caſtitate perfectus. Sed inter manus meas expirans, auulſus es à me fidus comes: & deſeruiſti me, in viâ hâc quâ ambulabam. Qui dum hîc nobiſcum verſareris, ſolum mitis Sacriſtæ nomen relinquebas, opus ipſe faciens, vt in-

Digitized by Google

tenſior ſtudijs meis pacificè vacaré. At nunc elongatus es à me amicus, & proximus: & ad meliorem vitam ereptus, dum hîc ego remanens factus ſum ſicut homo ſine adjutorio. Cœlo viue felix, & memoris tui memor eſto.

IN primâ Iuuentute ludicris abiectis, ſeſe diuino cultui manciparunt: quæque ſunt cœleſtia cogitantes, viam quâ per humilem Chriſti famulatum vera petitur felicitas generoſi ſunt ingreſſi. Erant enim ambo amabilis indolis, & perquàm officioſi adoleſcentes; qui dum in vtroque ſpiritu multùm excreſcerent, ſeipſos ſimili quâdam maturitate tranſcendentes; in ipsâ Iuuentute præciſâ telâ mortalitatis, ad filiorum Dei conſortium feliciter properarunt. *P. Bernardus à S. Guillelmo. Simeon à Purificatione. Stephanus à S. Franciſco.*

PVER in Carmelo Turonenſi B. V. Mariæ deuotus induitur, & paulatim imbuitur. Adoleſcens Religioſis Inſtitutis exercitatus, quin & Iuuenis primis ſcientijs admotus: actionum piarum exemplis, & Monaſticarum virtutum actibus ſalutem operabatur; cum vigeſimo ſexto circiter ætatis anno violentâ febri, ſed breui morbo ad Chriſtum piè ſpiritum tranſmiſit. *P. Ioannes à S. Alberto.*

SPRETOR humanæ libertatis & ingenij viuacis domitor, ſtatum inter infimos obti- *Fr. Felicianus à Reſurrectione Domini, Laicus.*

nuit: corpus & animam conſecrauit, ſedulæ ſeruitutis officijs; & exhibito per annos viginti Chriſto famulatu, felici tandem commigratione felicem curſum, ipſe Felicianus abſoluit in Eremo Sãncti Nicolai Bellaquentium.

*P. Eligius à S. Petro.*

HIC à Iuuentute vocationem ſuam feruens coluit, ſtudioſus exercuit. Erat enim ingenij perſpicacis, in colloquijs gratus, morum probitate decorus; vnde & omnium in ſe alliciebat affectus. Vix ætatem virilem adeptus, ſtadio ſi non longo, benè tamen emenſo viam æternæ ſalutis ingreſſus eſt, Bondoni ad Venetos.

## DECAS TERTIA.

*P. Ignatius à S. Francisco.*

IN ipſo robore efferatæ Iuuentutis, cum aliquando clauſtra Carmeli Rhedonenſis intraſſet: ſalutari cuiuſpiã è noſtris conſortio (ſunt enim in odore non vulgari ſanctitatis) ſic liquefacta eſt anima eius; vt habitum & ſtatum Religionis, ſpretà libertate petierit, & obtinuerit. Mox domitâ iuuenili licentiâ, in rebus pro Dei gloriâ ſuſcipiendis ſtrenuus, in exequendis potens euaſit. Ad Prouinciam Franciæ vocatus & miſſus, Religioſam obſeruantiam quam inter nos per annos viginti feruens

Digitized by Google

exercuerat, apud ipſos propagaturus laborem non recuſauit. Conuentum Cadomenſem, alios deinde pijs vitæ Religioſæ inſtitutis, & interioris ſtatus exercitijs firmauit; Nouitiatum inibi celebrem, non ſine labore & ſudore inſtruxit. Ab Ordinis Reuerendiſſimo Patre multum dilectus, plura facturus credebatur; cum morbo tentatus, ad requiem in natiuum Rhedonenſem Conuentum adſportari ſe curauit: & inter Patrum, ac Fratrum manus ad cœleſtem laborum remunerationem, pio fine properauit.

HIC ex ſimplicitate ſuâ, Simpliciani nomen ſortitus eſt; cum de Ægypto aufugiens, in Carmeli ſolitudinem feliciter ſeceſſit. In quâ Dominus haud fruſtrà ſic ad cor eius loqutus eſt, vt vitam ſuam in præceptorum Domini, & ſanctæ Religionis exercitijs fideliter confecerit; vſquequo terreni carceris mole depoſitâ ad meliorem vitam directus eſt ſanctæ Annæ ad Arubios. *Simplicianus à S. Petro.*

ÆTATIS primitias Monaſticæ conſecrauit, paulatimque annis & meritis excreſcebat: charitate, labore ac vigilantiâ ſingularis, ad ægrotos præcipuè & morbidos; dum & ipſe celeri morbo raptus eſt Iuuenis, in eodem S. Annæ Aſceterio. *P. Andræas à S. Ioanne.*



Digitized by Google

NOBILITATE ſpretâ generis, raro ſeculi contemptu in tantum à gloriæ labentis ambitu diſtabat; vt nihil niſi in cellâ latere peroptaret. Dei laudes in choro canere & à naturâ dictatus, & ab arte edoctus, & à virtute exercitus erat. Sed importuno morbo per aliquot annos tolerato, ad Patriam æternam opportunè properauit.

*P. Renatus à S. Iacobo.*

VIR in omni vitâ ſuâ ſimplex, rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Vix pubeſcens, Aureliæ apparitoris officium per quinque luſtra & ampliùs (mirum, quia rarum) in omni ſimplicitate, & rectitudine peregit. Cum enim omnes ad vitia proni, & ad illicita fluxi prolaberentur; ipſe nec vitâ, nec vitijs, imò nec eſcis eorum contaminatus eſt. Inde adeò *boni* agnomen apud Primates, & Vulgus, paſſim nec immeritò adeptus eſt.

*Fr. Euuertius à Sancta Cathar. Laicus.*

Quadragenarius autem Dominum vocantem ſequutus, inter nos reliquũ vitæ peregit; obedientiâ & humilitate celebris, exquiſitâ paupertate diues, negotijs agendis indefeſſus. Demum idem, & idem vir ſimplex rectus, ac timens Deum, & recedens à malo ſeptuagenarius abijt Aurelianopoli.

FERVENS in ægrotis ſedulò curandis, etiam contagioſo morbo correptis ſemper præſto fuit: ſed illum Deus præſtò & in forti ju-

*Fr. Ludouicus à Sancto Ioanne, Laicus.*

Digitized by Google

uentute, à nobis abſtulit Auguſtoriti Pictonum

AD Carmelum ſuſceptus, vix per quinquennium in eo collaborauerat; cum pulmonis longo morbo exeſus, lentâ, ſed felici morte Nannetis conſummatus eſt. *P. Ciprianus ab Ave Maria.*

IVVENIS in ſortem Chriſti totus tranſijt, & vt Chriſto perenniter hæreret carnem, quin & animam crucifigens; ſe ſe hoſtiam viuentem, voluntario obtulit ſacrificio. In facili ingenio, docilique enituit ſemper prudens lenitas, & comis prudentia; cum aſſiduo vitæ Regularis exemplo. Dicam verbo, Confeſſarius bonus & ſapiens: meritis & innocentiæ candore apud Dolenſes clarus & charus, ibidem ereptus eſt nec dum quadragenarius. *P. Cornelius à S. Ioanne.*

HEV mi! Fratres à nobis erepti; gaudete tamen dum querimur. In horto Carmelitico quidam fructus maturi, quidam enaſcentes. At, at in nouis & adhuc turgentibus, plus ſibi complacet celeſtis Agricola. Vos igitur per paucos annos plantati, rigati, incrementum feciſtis, & erepti eſtis Iuuenes. Æternum celo viuite qui hîc paruum, ſed bonum. *P. P Iuo à S. Vincentio, Leo à Sancto Philippo.*

# DECAS QVATRA.

*P. Iuo à Sanctâ Thereſiâ,*

ADHVC Iuuenis, vt B. V. M. erat famulus ſingularis, inter nos eius alumnos meliorem partem elegit. Nec ablata ſpes eſt ab eo, immò petenti oblata. Quâ per decennium dignè coram Deo, Angelis & hominibus perfunctus; optimâ parte fruiturus; quò tendebat abijt, nec dum trigenarius.

*P. Gregorius à S. Petro.*

VERVS Iſraelita, annos natus quinque ſupra viginti, infirmus nimis è Nouitiatu eliminatur. Inter Fratres Laicos obtinere locum poſtulat & obtinet; ſed nonniſi inter Oblatos, quos Semi-fratres vocabant, propter importunam humilitatem, & humilitatis conſtantiam. Vrgente iterum morbo, ad ſeculum remiſſus, omni curâ conualeſcit: Sacriſque initiatus eſt, & in ſpem contra ſpem erectus, magno cum feruore denuò poſtulans, ad habitum tertiò recipitur. Nec fruſtra. Nam zelo feruens ad ſanctæ Religionis obſeruantiam, & animæ ſuæ, multorumque ſalutem ſic elaborauit; vt poſt tres & viginti annos, ad meliorem vitam quinquagenarius properans, memoriam ſui nobis in benedictione reliquerit.

ET

Digitized by Google

ET hic plus quàm, ſi fas eſt, Iſraelita; in Dei amore, & ſalute ſuâ ſemper intentus: primò inter famulos, poſtmodum inter Oblatos, tandem Fratres Laicos adoptatus; humilitate, charitate, operatione præcelluit. Secularibus æquè ac Regularibus vixit in odore ſimplicitatis & veritatis eximiæ. Annis pluſquam triginta ſtrenuè in Religionis famulatu exactis, aſſumptâ quam ſemper deuotiſſimè coluerat Euchariſtiâ demortuus eſt. *Fr. Maſſeus à Betleem, Laicus.*

IVBILÆVS reuerà & emeritus Chr. miles; qui per 57. annos & 6. menſes Carmelita, omnia fermè munia ſanctæ Religionis, honores & onera conſequutus; & ſemper tendens ad meliora, fideliter exequutus eſt. Vtramque fortunam expertus, bona & mala in hominibus tentauit. Tandem diebus ac meritis plenus, in extremâ ſenectute cum portum in propinquo deſideratum aſpiceret, ad Dei beneplacitum efformatâ voluntate, in Rhedonenſi Nouitiatu placido fine quieuit. *P. Ludouicus à Sancta Anna.*

IN ipſo ætatis & nobilitatis flore, Sulpicius vultu & ſtaturâ decorus, allicientis iam mundi fugit illecebras. Mundum igitur, ſeque ipſum magis vincens generosè, Chriſtum in ſancto Virginis Matris ordine ſequutus eſt. Cuius ſuaue jugum & onus leue, magno Fratrum exemplo portauit. Felicibus principijs, magnam futurorum promit- *P. Sulpicius à S. Paulo.*



Digitized by Google

tebat expectationem; dum noui Conuentus Flocellierenſis primus extructor, nec minùs animarum per Conciones Quadrageſimales curator, ad Chriſtum Ieſum omnium fundamentum feliciùs erectus eſt.

*PP. Zach. à S. Samſone. Thomas à SS. Sacramento, Simeon à Sancto Iuliano.*

ISTI diuino ſpiramine ducti Regularis vitæ Inſtitutum auidiſſimè quæſierunt, ſtudioſè coluerunt & ſanctè exercuerunt, donec obitu felici conſummarunt.

*P. Anaſtaſius à S. Michaële.*

FERE vt alter Andræas Corſinus, lupus in ſeculo, cæcæ ac feruidæ Iuuentutis impetu rapiebatur: quando tactus à Deo intrinſecùs agnum manſuetiſſimum viſus eſt induere. Tum mutato propoſito fortitudinem ſuam ad Deum cuſtodiens, Religioſum egit per annos aliquot; vſquequò ætate adhuc virens, victa ægritudine, felici morte triumphauit.

*P. Marcus à S. Mathurino.*

CORPVS ſanè ſanctum eſt Religio perfecta, in qua velut in humano multa ſunt membra, haud tamen omnes eumdem actum habent. Marcus noſter per viginti circiter annos, Chori & Officij diuini Aſſecla indefeſſus ſi quiſquam; ideóque nunquam non Supprioris officio, Religioſis omnibus ſanctæ obſeruantiæ magno prçluxit exéplo; quoad vſque Choris Angelorum ad æternum triſagion, per longam paralyſim & mutitatem accitus eſt Lutetiæ Pariſiorum.

Digitized by Google

# DECAS QVINTA.

SENES cum iunioribus laudant nomen Domini, dum beatum par poſt cognitum Obſeruantiæ ſanctę felicem ſtatum, in eam tametſi tempore impari tanquam ad arcam ſe ſe receperunt.

*P P. Antonius à S. Ioſepho.*
*Petrus Gaultier.*

Ille Reformationis initio, hic aliquot poſt annis : ille Auenionenſis, hic Turonenſis; ambo notâ in Deum pietate, in Religionem amore, in Fratres charitate; priùs benè viuendi, quam de omnibus benè merendi finem fecerunt, & in bonâ ſenectute congregati ſunt ad Patres ſuos; Prior Andegaui, multa morbi patientiâ defæcatus; poſterior nimiam nauans operam, in Eremo Bellaquenſi.

AMBO pueri Samuelis inſtar, Nannetis B. Mariæ Virgini ſeptennes oblati : ſimul pueritiam, adoleſcentiam, iuuentutem egerunt. Quippe optimâ indole inſignes quam ſacrum Chriſti iugum amplexi, continuis virtutibus perfecerunt. Ambo pietate, modeſtiâ, ſimplicitate & in agendis obedientiâ vixere conſpicui. Ambo denique quinquaginta circiter annorum coæui, vnius, aut alterius menſis interuallo; eodem in Pictonum Conuentu, exutâ mortali ſarcinâ ad filiorum Dei vocantur hæreditatem.

*PP. Blaſius à S. Martino.*
*Petrus à S. Maria.*



Digitized by Google

*PP. Gabriel à Paſſione, Carolus à S. Ioanne. Dominicus à S. Catharinâ.*

ILLI quoque tantum non ſimiles, ceu lacte, & melle coagulati, Deum à ſeculo vocantem faciles inſequuti; vt ipſi perenniter inhærerent, hoſtiam ſe viuentem ſacrificio voluntario præbuerant. Erant enim mente tranquilli, corde benigni, eloquio dulces, conuerſatione ſuaues. Hos Deus nolens in hâc vitâ (quæ radix eſt germinans fel, & amaritudines) diutiùs commorari, nondum ſatis viros ad ſe ſe tranſtulit.

*P. Cœleſtinus à S. Arſenio.*

CORPORE corruptibili grauari animam expertus eſt noſter Cœleſtinus. Is etenim ingenio, pietate, virtute, doctrinâ verè cœleſtis; primum Doctoris Theologi, dein Prioris partes impleuit. Poſtmodum graui perculſus morbo, quem diu ſatis cum nobis Fratribus ſuis raro humilitatis, patientiæ & pietatis exemplo pertulit; onere depoſito fragilitatis, obdormiuit Andegaui.

*PP. Ioannes Baptiſta Maius, Matthæus à S. Claudio.*

AMBO ex remotiori Armoricâ orti, hauſtum in ſancta Religione pietatis & animarum zelum; magno cum fructu in illis partibus contribulum ſaluti profuderunt. Atque adeò (vt erant natiui genii & idiomatis) felici ſemper laborarunt euentu. Prior ſatis ſenex & ſemper ſimplex: poſterior ſemper feruens, nondum prouectus beato fine quieuit.

Digitized by Google

# DECAS SEXTA.

DEI profectò manu Albinum coagulatum dixeris, ad opus, cui viuit, moriturque. Vt enim erat genij tenacis, & acris; Conuentus noſtri Viuonenſis reliquias ab hæreticis vendicauit, & vindicauit. Exin Rupellam, iuſtiſſimi Regis victricibus armis in debitum obſequium adactam mittitur; vt antiquum, & celebrem Conuentum iam à ſeptuaginta & ampliùs annis dirutum inſtauraret. Hic, quis dolor! non tantum vniuerſa vidit euerſa: ſed & ipſum celebris Eccleſiæ ſolum profanis vſibus pollutum, ab hæreticis, (quæ gens exaſperans eſt,) occupatum, ingemuit, nec ſuſtinuit. Quidquid ergo obſiſtat Populus duræ ceruicis, tanta conſtantiâ & alacritate, tanto zelo & feruore, tantis exantlatis laboribus, tot itineribus ſæpè ſæpius ad Curiam repetitis: tantis & tam crebris per vrbem circuitionibus, & moleſtis ſollicitamentis; tandem, & tandem poſt plures annos non tantum Eccleſiæ ſolum: ſed & vicinas circumquaque domos, iuſtitiæ litigantis armis Religioni feliciter vendicauit. Quod vt egit, quaſi penſo ſoluto; ad Chriſtum remuneratorem, velut laborum præmia recepturus, feſtinat in ipsâ quam nobis aſſeruerat Rupellâ.

*P. Albinus à S. Cruce.*

*FP. Claudius à S. Lacryma. Xiſtus à S. Laurentio, Epiphanius à S. Franciſco.*

IVVENES ingenui, deſideratum ſanctæ Religionis habitum ardore pio ſuſceperunt; & exacto cum multo feruore tyrocinio, paulo poſt in ſcientiarum ſtudijs exerciti, reliquæ vitæ labilis tempore in Religioſis exercitijs impleto, maximè in concionibus ad populum, cum notabili animarum ad Chriſti horreum prouentu; tandem dies pleni inuentiſunt ac in eis, in ætate floridâ, εὐθανασίαν conſequuti.

*P P. Timotheus à S. Iuliano, Iulianus à S. Ioanne Baptiſta, Vincentius à S. Petro.*

TRES iſti non ſuperbâ ſapientes, ſed humilitate ſinceri Religionem profeſſi, per vitæ Regularis actus tum intra, tum extra fideliter ſalutem ſunt operati. Plurimâ ætate in Dei famulatu ſtrenuè peractâ, aſſumpto in cœleſtis viatici pabulo in paſcuis æternis à Deo collocantur.

*PP. Bruno à Conceptione, Agathangelus à S. Ioanne,*

IN domo celeſtis Patris multæ manſiones, nec aliter in illius itinere, anfractus multi: non equidem eâdem curritur viâ, non eodem itur curſu. Hi duo per ſentes & tribulos diuerſimodè tamen, tædioſum vitæ ſtadium animo læto finierunt.

*R. P. Angelus à S. Agnete.*

QVINDENNIS Innocens vt Angelus, mitis vt agnus inter Virginis Matris alumnos conſecratur. Nec morâ, Religionem induens, puerum exuit: ac mox virtutum catecheſi diutiſſimè imbutus, triginta annis quibus Reli-

Digitized by Google

gioſum egit ; per omnes Monaſtici Ordinis gradus, tandem ad Prouinciæ clauum electus fuit Archigubernius. Fide plenus , ſermone fuit potens: manſuetus paruulis , infirmis prouidus, exhortatione feruens: ad arguendum peruigil, ad condonandum pronus. Ardenti ſtudio, cum aſſiduo hortatu & exemplo, velut aquila pullos ad ſupera ſuos prouocans; in virtutum exercitijs, ſtrenuè cunctos excitabat. Sed enim dum Prouincialis Conuentus perluſtrat, itinere medio inter Dolenſes & Rhedonas conclamatum mors ſiſtit, cui nunquam occurrere potuit imparatus. Capitis caſu languente Prouinciâ, non luſit, ſed luxit vnus ex eâ; qui ſuas ſæpè gemmas , noſtris Cupreſſis interſeruit.

*Impendunt alij vitam , ſed macte rependit*
*Et mortem ,incumbens Angelus officio.*

## DECAS SEPTIMA.

*PP. Antonin: à Margaiſius, Iulianus Tirellus, Petrus Briandus Franciſcus à S. Cruce. Thomas à Sancto Martino, Stephanus Clenardus, Ioannes Diguaus. Michael Pinautus.*

IN ſanctæ multitudinis ordine Decas hæc Patrum venerabilium , inſtituatur ; qui longo vitæ decurſu humilitate, patientia & charitate præcellentes : poſt tenebras huius vitæ , & longam veluti noctem caliginoſæ hjemis in ſenectute bona quieuerunt. Nec à nobis expetunt elegiam triſtem, cantum funebrem, aut ſtillantem ab oculis imbrem : ſed officioſam potiùs congratulationem, quod ſortem adepti ſint cruda, ac terreſtri manſione feliciorem.

Digitized by Google

# DECAS OCTAVA.

*P. Fr. Macarius à Sanctiſſimâ Trinitate.*
*Cæſareus à S. Petro,*
*Bartolom. à S. Iacobo,*
*Ludouicus à S. Ioanne.*
*Sanſonus à S. In-*
*Hilarius à S. Carolo.*
*Raphael à S. Guillelmo,*
*Petrus Normandus,*
*Euſebius à S. Ægidio,*
*Antonius ab Epiphaniâ Laici.*

IN humilitate ſuâ, meliorem partem elegerunt; quia vt in Patris, ſic in Matris domo plures operationes. Fratres Laici humiles vixerunt, & in ætate maturâ ad beatam piâ morte tranſierunt expectationem. Vltimus ſanè præluxit Antonius, vir illuminatæ ſimplicitatis, rarum obedientiæ exemplar; in cuius operibus abundans Dei benedictio, Superioribus ſuis multum fecit ſui pretium. Indefeſſis charitatis perindè & humilitatis obſequijs omnibus charus, Deo charior ad ſola patientiæ exercitia deſtinatur. Grauiori quippe cancere maxillas exeſus, totos quindecim menſes inter dolores moleſtiſſimos, ne leuioris quidem impatientiæ, aut tędij ſuſpicionem fecit. Immò vrbanus in omnes & comis viſitantium ſe charitatem tam prouocabat, quàm cauſabatur quaſi factam pauperi reiectaneo. Solantibus ſe ſolatium, illis pietatis ſenſus cum lachrymis eliciebat: ipſe hoc vnum lachrymabatur ſe tantâ Patrum curâ, Chriſtique patientis imitatione indigniſſimum. Adeò ſuperauit vlceris fœtorem, virtutum illius odore; eoque nobis omnibus mente pulchrior quo corpore deformior: in oſculo tandem Domi-

ni,

Digitized by Google

ni, pace & nocte mediâ moritur Andegaui, ſingulari patientiæ laureâ donandus.

# DECAS NONA.

ADOLESCENS cucurrit in odorem ſanctitatis, quæ in enaſcente Reformatione flagrabat: ac per triginta & ampliùs annos, per varia Religionis officia, diuerſaſque adminiſtrationes cum praxi virtutum laudabili conuerſatus eſt. Magna in eo ſemper vbiquè nituit ſinceritas, in moribus emicuit cãdor, in conuerſatione alacritas, in affectu charitas. Chriſto tandem de vocatione gratias agens, eius manu ſtolam immortalitatis percepit, in Sanctæ Annæ (cui diu operatus erat) Æde miraculoſâ. *P. Ægidius à S. Ioſepho.*

AMBO Beneficijs Eccleſiaſticis in ſeculo honorati, ſpretis temporalibus ad æterna tranſierunt. Hic ex Abbate factus humilis Nouitius, per aliquot annos ijs moribus & virtutum ſanctimoniâ præditus eluxit, quæ verè Religioſum decent. Ac tandem multis piarum actionum exemplis publicè clarus & charus, quieuit Nannetis. Ille viri ætatem attingens, exceſſit Iulioduni. *Martinus à S. Claudio.* *Guillelmus à S. Marthâ.*



Digitized by Google

VIR ingenuæ, & propemodum ingenitæ probitatis: in Choro ad Dei laudes vtilis, & aſſiduus; quadragenarius obit Pont-Abbati. Eodem fermè tempore ſequutus eſt Petrus Treueguenus, qui tandem in Conuentu Viuonenſi, plenus laborum finem terrenæ peregrinationis inuenit.

*Alanus à Sancto Laurentio.*

*Petrus Treneguenus.*

GENERE nobilis, moribus teres & gratus; ab Adoleſcentiâ noſtræ Congregationi aſſertus, vſque ad vitæ terminum, impetu facili ad imperata properabat, adeò obedientiæ videbatur alumnus; cum vitam per Conciones & Religionis officia innocentem, bono fine clauſit in Conuentu Sanctæ Annæ, circiter quadragenarius.

*Gratianus à S. Iuliano.*

QVAM pauci inter nos iubilæum attingunt, niſi æternum. Maglorius cùm in ſcientiarum libamine, ſpem in ſeculo promiſiſſet non mediocrem: repente de cœlo vocatus, Religionem vouit Sacerdos Neophjtus. In quâ poſt aliquot tempus, circa Religionis gubernacula præſtitit adiutorium per annos 15. Sed ægritudine correptus, per reliquæ vitæ fluentis momenta, octo annorum patientiæ & reſignationis materiam exercuit. Tandem Nannetis deficiens ad patriam, æternaſque cœli donos reuerſus eſt.

*Maglorius à S. Martino,*

Digitized by Google

PATRVI Religioſiſſimi Epiſcopi Rhedonenſis, Franciſci Larchiuerij nepos pluſquam adoleſcens virtutem in Nouitiatu Rhedonenſi profeſſus eſt Monaſticam; quam inter Confeſſiones, Concioneſque in inferiori Armoricâ pervtiles produxit ad vitæ exitum. Deſiuit Paulo-Pauli, in opere concionatorio Eccleſiæ, & Religioni operam nauans. *Franciſcus à S. Hernæo.*

SPRETIS familiæ titulis & diuitijs in Dolenſi Conuentu plures annos Deo, Eccleſiæ, Religioni per virtutum omnium exempla fideliter ad vltimam vitæ periodum ſeruiuit. *Samſonius à S. Ludouico.*

IN Domini ſortem delicatus, & decorus adoleſcens; inuitis, vt ita dicam, hominibus: Deo volente, iubente Deo receptus fuit. Nam ob corporei roboris, & humanarum ſcientiarum penuriam ſæpè paſſus repulſam; conſtantiâ felici ipſe ſe ſiſtens coram Altari Diuæ Andegauenſis, ſacrum σχῆμα obtinuit, potiùs extorſit: quin & ſanctè importunus, opportunè profeſſus eſt. Nec incaſſum. Nam paulò poſt qui penè credebatur abecedarius, etiam tum officio ac ætate Sacerdotali minor: iam ſupra fidem in Concionibus eloquens, ac ſpectatus apparuit. Opus deinceps Euangelicum per viginti & ſex annos, tum in maioribus Eccleſijs, tum in Comitijs publicis; tum in Principum aulis neſcio *P. Seraphinus à Ieſu.*



Digitized by Google

maiori fructu, an laude præſtitit.

Nec minùs domeſticæ Conuentuum vtilitati vigilans, ad miraculum profuit. Tanto (vidimus omnes) candidæ mentis, oculorum, vultus, oris & ſermonis grato lepore præditus erat; vt Regem, Reginam, Principes, Magnates, Ciues ſæpiùs adiens, illos vix aliquid vnquam fruſtrà rogauerit.

Aſt proh vanas ſpes Mortalium! vix quinquagenarium aggreditur Hjdropiſis: dirè exercet, per annum cum dimidio; tandem incredibili patientià procurando etiamtum Flexienſi Monaſterio (cui à ſex menſibus erat Prior) ad extrema ſtrenuè incumbentem inundans aqua, ſimulque plurium gaudia extinxit. Amantis, & amici hominis tumbæ florem ſpargi è Parnaſſo, Carmelus patietur.

*Pectore ſincerus geſtis felix, vultuque decorus,*
*Cunctos illexit qui Seraphinus erat.*

Digitized by Google

# DECAS DECIMA.

HI quinque adhuc prima inter Monaſtices rudimenta, dum grauiſſima peſtis per Andinos, perque Armoricos paſſim graſſatur; in Nannetenſi Conuentu, maximâ animi conſtantiâ mortem expectarunt.

*P. P. Germanus Archangelus. Iulianus Felix Maurillius.*

VIx è Seminarjis egreſſos, aut primos Porticus Philoſophici aditus ingreſſos; cœleſte Numen ad meliorem ſcientiam, varijs in Conuentibus tranſtulit. Quibus præiuerat Sacerdos optimæ indolis, poſt multam operam in choro & cathedrâ feruidè præſtitam.

*F F. Proſper à Sancto Maclouio. Leander à Sancto Gabriele. Franciſcus à S. Stephane Leonardus à Cruce. P. Petrus à S. Mariâ.*

COLLECTI pariter ad Patres ſuos Bruno à Sancto Petro, Sebaſtianus à Sanctâ Annâ, Ægidius ab Annunciatione Laici: ſubindeque è vetuſtioribus pluſquam quadraginta, quorum nomina nondum exactè conquirere fas fuit. Omnibus veluti κοινοτάφιον, addiderim illud ex Apocalypſi;

*Promiſcui.*

*Beati qui in Domino moriuntur, opera illorum ſequuntur illos*; Cap. 14.

PERSOLVIT P. Fr. B. A S. EVPHRASIA,
CARMELITA RHEDONENSIS.



Digitized by Google

## APPROBATIO ORDINIS.

NOs infra Scripti teſtamur, nihil hocce Compendio per R. P. L. accuratè concinnato exhiberi; niſi fidei regulis conforme, conſeruandæ & augendæ præſertim inter nos virtutum diſciplinæ peridoneum: veritati ex noſtræ Prouinciæ, & Obſeruantiæ Archæis & traditionibus per omnia concordans. Quocirca Delineationem hanc tjpis mandari, non ſuademus modò: ſed & etiam, atque etiam rogamus. Datum die x. Febr. an. 1645.

Fr. BERNADVS à Sanctâ Magdalenâ, Exprouincialis.

Fr. ARCH'ANGELVS à Sancto Lucâ Prior Carmelitarum Andeg. Exprouincialis.

---

## SVMMA PRIVILEGII.

CAVTVM eſt Priuilegio Regis Chriſtianiſſimi, Ludouici XIV. dato die 1. Martij an. 1644. ne quis intra decennium Opuſculum de *Reformatione Carmelitarum*, &c. imprimat, euulget, diuendat, abſque expreſſâ & ſpeciali Autoris Licentiâ; ſub duarum mille librarum mulctâ, alijſque conditionibus in Authentico contentis.

Digitized by Google

## LICENTIA ORDINIS.

REVERENDO admodum Patri &c. Cum nouerimus, Dilecte nobis in Chriſto fili, te huc vſq; multa in lucem dediſſe Opera, quæ ad Eccleſiæ vtilitatem & noſtræ ſacrę Religionis ſplendorem circumferuntur: reſciamuſque Paternitatem tuam, ſuos in eumdem finem labores continuos facere; per præſentes licentiam tibi facimus mandandi typis alia quęcumque volueris Opera, tam Latino, quàm Gallico idiomate conſcripta; præmiſſis ijs, quæ in Statutis Prouinciæ præſcribuntur. Datum Romæ anno milleſ. ſexcenteſimo quadrageſimo quarto, die decimâ nonâ Iunij.

FR. LEO BONFILIVS, Generalis Vicarius Apoſtolicus Carmelitarum.

FR. FRANCISCVS MVNTIVS, Prouincialis Saxoniæ, & Secretarius Ordinis.

Digitized by Google

# APPROBATIO DOCTORVM.

OPVS hoc de Reformatione Carmelitarum Obſeruantiæ in Prouinciâ Turonenſi, à Reuerendo admodum Patre Fr. L. &c. editum, tam diligenter recoluimus, quàm ſuauiter perlegimus: nihilque ſugillatione ac cenſurâ dignum offendimus, ſed totum præclaris melioris literaturæ ornamentis conſpicuum. In quorum fidem ſubſcripſimús Pariſijs, die primâ Martij 1645.

FR. G. LA FORGVE, Doctor Theologus, Prior magni Conuentus & Collegij Carmelitarum Pariſienſum.

FR. FRANCISCVS SVAREZ, Theologiæ Profeſſor, & Chriſtianiſſimæ Reginæ Regentis à concionibus.

Digitized by Google

Digitized by Google

zed by Goo